¶ Istum casum ego Bauerius collegi ex signis essentialibus ⁊ sufficientibus que hic ponere non curaui: tū breuitatis cā: tū q̄r res ex se satis mihi eē nota videtur. ¶ Et quia stantibus dispositionibus supra narratis periculum est nec hic nobilis vir incurreret apostema aliquod aut lepram vel aliquam egritudinem ab humore adusto pendentem ideo indiget preseruatione.

Tractat⁹ duo ꝯsilij. ¶ Regimen preseruatiuū in duos diuidam tractatus. primus erit de modo debito obseruando in sex rebus nō naturalibus. In reliquo vero ponetur regimen medicinale.

Tractat⁹ primus. ¶ Tractatus primus continebit cap. vj. iuxta numerum sex rerum nō naturalium ab aere incipiam.

Capitulū primum. ¶ Capitulū primū de aere. Cum aer nobis maxime necessarius sit ⁊ ineuitabiliter nobis occurrat ideo de eo principaliter medici mentionem faciunt volētes tamen sub eo alia tria elementa comprehendi ⁊ ea que aeri ānexa sunt.

Aer. ¶ Cauere debet ab aere vehementer calido ⁊ pariter vehemēter frigido ⁊ hūido ventoso p̄cipue flante austro aut borrea. Et ab aere turbido ⁊ mali odoris. A radijs solis p̄cipue i estate stāte i stufis p̄cipue calidis ⁊ hūidis. Eligat sibi aerē clarū euētatū declinātē ad caliditatē ⁊ siccitatē ⁊ magis ad siccitatē quā ad caliditatē. Qđ si aer vniuersalis talis haberi nō possit fiat arte aer habitatiōis ꝑticularis accēdat i camera ignis cū lignis siccis boni odoris sicut iuniperus laurus sauina rosmarin⁹ ⁊c. aut suffumiget locus habitatiōis cū thure storace sicca sandaraca laudano granis iuniperi: superponēdo vnū istorū prunis. Qđ fuerit aliqualiter puluerizatū. Sȝ nō igrediat locū nisi fum⁹ siue vapor prius cessauerit. Nō appropinquet multū igni faciē nec caput ⁊ p̄cipue post assumptū cibū.

Aqua. ¶ De aq̄ ⁊ ꝓportionali aque ꝯuenit sibi vt cibaria sua decoquant i aq̄ calibeata qm̄ aq̄ ferree ꝯfortāt mēbra nutrimēti. Unde Aui. scđa primi cap. xx. quod icipit. Quidā ornate loquētiū. Ferree vero aque stōm iuuāt ⁊ splenē. Et. ij. cano. simplici. ccclxxxviij. aqua enea ⁊ ferrea ꝯferūt visceribus. Et ita si op⁹ ē vinū linfare nō vtat nisi aqua p̄dicta.

Lotio capitis. Lisiuium. ¶ Lauet sibi caput bis i ebdomada aut semel cū lisiuio ꝙ sic fit. ℞. cinerum tirsorū cauliū lib. j. Qđ si haberi nō pōt loco eius sumat cinis sermētorū lib. j. aluminis sulfuris viui. an̄. ℥. j. ß. misce. Super hanc mistionem existētem extensam supra pānum lineum sub quo sint palee prebibeatur huiusmodi decoctio. ℞. foliorū lauri rorismarini saluie assari an̄. m. j. sene. ℥. j. ß. incidantur incidenda subtiliter ⁊ pistanda modo grosso pistentur ⁊ buliant in vrceis. v. aque donec redeat ad quartam. Postea coletur per cinerem sulfur ⁊ alumen vt dictum est. ⁊ hec colatura reseruetur. Et quando vult caput lauari abscisis prius capillis fricetur caput cū vno aut duobus rubeis ouorum deinde accipiat de lisiuio iam dicto quātum sufficit ꝓ capitis debita lotione ⁊ cum ponitur ad ignē vt calefiat ponatur in eo puluis qui sic fit. ℞. laudani. ℨ. j. gariofilorum nucis musca. an̄. ℈. ij. pistentur ⁊ fiat puluis qui ligēt in petia subtili rara ⁊ ponatur in lisiuio ⁊ dum calefit hec petia sepe exprimatur cūq̄ caput lotum est bene exsiccetur pānis calidis ⁊ mediocri fricatiōe deinde caput debite tegatur ita vt calore nimio nō extuet neq̄ frigore ledatur. ¶ De terra sue habitationis non sit ꝓpe palludes neq̄ valles aut decursus aquarū nec sit montuosa multū eligat locū ad siccitatē declinēȝ.

¶ Capitulū secundū de accidentibus animi. ¶ Cauere dȝ ab omnibus passionibus animi tristiciā inducentibus. Unde Gale. iij. tegni textu cōmenti. xxxij. Abstinere vero manifestum est quoniā ab intemperantia oportet harum omnium anime passionum ire tristicie furoris timoris inuidie ⁊ sollicitudinis. exterminant enim hoc ⁊ mutant corpora ab ea q̄ secundū naturā cōsistentia. Gaudeat letet ꝑ posse. Bene speret de salute sua quoniā deo cōcedente preseruabit ⁊ versetur cū amicis ⁊ dilectis.

¶ Capitulum tertium de somno ⁊ vigilia. ¶ Somnus diurnus nocet. ¶ Unde Aui. tertia primi cap. viij. de somno ⁊ vigilijs. In die quoq̄ dormire est malū generat enim egritudines humectantes ⁊ reumatismos ⁊ corrūpit colorē ⁊ generat splenē ⁊ laxat neruos ⁊ efficit pigriciam ⁊ debilitat desideriū ⁊ generat apostema ⁊ febres ⁊ frequēter. ¶ Nec minus nocent sup̄flue vigilie. Unde Auic. cap. supra allegato. Sani ergo de re somni cogitare debēt vt ipsis tempore exhibeatur ⁊ in sua hora nō superflue ⁊ ab ipso impedimento sibi caueant ꝙ cerebro ipsorum ⁊ omnibus suis virtutibus afferunt vigilie. Et prima tertij cap. de epilensia. Superflue vigilie caput replent vaporibus. ¶ Cōuenit somnus de nocte nisi propter aliquam causam fuisset impeditus: aut propter lassitudinem incedentem motibus corporibus aut animalibus tunc in die conceditur somnus. Sitq̄ primo super latus dextrum deinde sup̄ sinistrum sed nullo pacto super dorsū. Unde Aui. vt supra. Resupine dormire malum ad malas p̄parans egritudines frigidas sicut appoplexia frenesim incubum quoniam superfluitates ad posteriora declinare facit ⁊c. Nec placet iaceat super ventrē capitis superfluitatē ad faciē declinarent. Sit somnus sex aut septem horarum non amplius octo nec minus quinq̄ cum dimidia. Sit capite debite eleuato ⁊ corpore pānis debite tecto. Neq̄ dormire prius icipiat quā hore due transiuerint a fine cene.

¶ Capitulum quartum de motu ⁊ quiete. ¶ Nocet exercitium superfluum. Nec minus quies nimia ⁊ omne exercitium immediate post cibum factum. ¶ Conuenit exercitium temperatum ambulando ⁊ equitando ante prandium ⁊ post prandium. cum hore sex aut septem exacte fuerint a fine prandij. pulsis primo superfluitatibus prime ⁊ secunde digestionis. Exercitium vero particulare sit pectinatio capitis de mane. Leuis fricatio cum panno calido. Et fricatio brachiorum incipiendo ab humeris trahendo versus manus. Legere voce aliqualiter alta. Non laudo tibiarum fricationes propter tumorem in quem incurrere consueuerunt.

¶ Capitulum quintū de cibo ⁊ potu. ¶ Cauere debet ab omnibus cibis difficilis digestionis vt sunt carnes salite ⁊ boum veterum. Et ab his qui generant chimos viscosos. Et animalium Cutes Tenche ⁊ Anguille. Et a salsis ⁊ amaris acutis pinguibus. Et vehementer dulcibus. Et ab omnibus multum caput euaporantibus vt sunt acrumina ⁊ fructus.

ctus. Unde Auicēna tertia tertij. Nihil est magis euaporatiuum quam fructus. Et qui sunt opilatiui sicut panis azimus aut non bene coctus.

Eligenda. ¶ Eligere dz panē ex munda farina in cuius confectione aliquid ponat̄ salis sed minus eo qd̄ cōmuniter poni solet vt prohibeat frumēti viscositatē.

Panis. Sit debite coctus cōuenienter fermentatus non pluris temporis dierū trium nec minoris vnius diei a quo crusta excutiatur hora comestionis.

Carnes. ¶ Carnes sint auium siluestrium fasianorum perdicum turturum franquilinorum alaudarū ⁊ reliquarū auiū degētium in pratis aut nemoribus sed nō in stagnis aut paludibus sicut anates aut anseres ⁊ similes. ¶ Ex domesticis laudātur capones iuuenes carnosi viuētes in aere libero ⁊ galline iuuenes ⁊ pulli. Pipiones non laudo cum sint difficilis digestionis ⁊ trahāt longam moram in stomaco. xiij. tertij. ¶ Ex quadrupedibus cōcedunt̄ carnes caprioli precipue iuuenis. Unde tertio Almansoris sunt meliores ceteris carnibus quadrupedū siluestrium. Et caro leporis iuuenis. In raro tamen sit vsu propter sui melācolicitatez. Et interdum carnes apri iuuenis. ¶ Ex domesticis vero laudantur carnes edi vituli lactantis castrati ⁊ agni annualis. Et carnes limaciarum que appropriate epati conferunt vt apparet. xiiij. tertij capi. de rebus epati conuenientibus. Et caro ranarꝫ que ponitur a Serapione bezoar lepre. ¶ Ab alijs abstineat a visceribus omnium animaliū sicut cerebrum pulmo splen intestina ⁊ stomacus. Licet Auicē. laudet in cura male complexionis calide epatis vētres auium aque ⁊ epar. Unde Auicē. xiiij. tertij cap. de cura male complexionis calide epatis dixit nocēt eis epar splen ⁊ carnes grosse sicut tēcorum ⁊ arietū ⁊ animalium neruosorum dure carnis ⁊ similium. ¶ He carnes melius parantur elixe in aqua ferrea ⁊ vase ferreo q̄ȝ alio modo. quoniam sic preparate cōferunt stomaco ⁊ sunt facilioris digestionis ⁊ non sunt ita apte vt ex eis humores generentur adusti.

Oua. ¶ Ex his que ab animalibus accipiūtur nocent oua assata donec fiant dura vt patet per Auicē. in cap. prius allegato. Oua sorbilia aut tremula recentia conueniunt quoniam sunt complexionis temperate vt patet ex Auicen. in de viribus cordis. Quod si aspergantur modico vini granatorum aut agreste tempore calido laudatur. Oua etiam in aqua cōfracta albumine abiecto laudantur.

Lac. Caseus. Pisces. ¶ Dimittat lac caseuz ⁊ quecūq̄ȝ cibaria fiūt ex lacte ⁊ caseo precipue veteri ⁊ butyrū. ¶ Piscium vsus absolute non laudat̄ ꝓpter eius euaporationē ⁊ frigiditatē ⁊ humiditatez ⁊ hoc respectu capitis ⁊ stomaci. lȝ respectu epatis vbi essent squamosi frangibilium carnium ⁊ odoris boni nō vituperātur. Sicut ex aquis dulcibus lucij capedani scardaue ⁊ similes. Ex mari solee aurate ⁊c. quicquid tamē sit melius est abstinere quā frequēter vti.

Herbe. ¶ Ex herbis ꝓhibentur que sunt frigide ⁊ humide tāquam capiti nocētes ⁊ que sunt multum calide ⁊ sicce tanq̄ȝ epar inflāmātes. Concedūtur que sunt temperate aut propinque temperamēto sicut borago buglossa lupullus cōuenit endiuia cū speciebus suis. Possunt etiaȝ que sunt frigide ⁊ humide permisceri cū his que sūt calide ⁊ sicce permixtiōe ad totum perducēte aut prope ipsuȝ.

Fruct⁹ herbarum. ¶ Ex fructibus herbarū cōcedūtur capares cucurbita tempore magni estus cuȝ modico croci ⁊ melones dulces. ¶ Ex herbarū extremitatibus cōceduntur sparagi ⁊ lupulli. ¶ Dimittat fungos ⁊ tuberacia.

Legumia. ¶ Nocēt legumina vt lentes fasioli fabe ⁊ silia. Interdū sumere pōt brodiū cicerū rubeorūȝ ⁊ panicū ⁊ far.

Acrumia. Fructus. ¶ Acrumia nocēt oia vt alia cepe rafan⁹ ⁊c. ¶ Ex fructibus vituperant̄ qui sunt frigidi ⁊ humidi facile putrescibiles vt ceresa mora dulcia ⁊ siles ficus persica mala pira ⁊ precipue dura.

Uue passe ¶ Concedūtur vue passe aliqualiter pontice auellane torrefacte quoniā nō est in eis calefactio plurima ⁊ sunt aperitiue opillationum ⁊ sunt boni nutrimēti. xiiij. tertij cap. de cura male cōplexionis calide i epate. vue recentes que appense steterint p aliquot dies eiectis corticibus ⁊ botris.

Fistici. ¶ Grana vero fistici cōueniunt sed quia vehemēter sunt calida eorum vsus ad hiemem reseruetur nisi pri⁹ per duos aut tres dies infunderētur in aqua endiuie ⁊ inde in vmbra exsiccarentur.

Citonia. Species. ¶ Concedit̄ etiā parum citonij cocti in fine mēse poma granata dulcia ⁊ muza ī estate. ¶ Species quibus vti dz super cibarijs suis iuuantes digestionem ⁊ epar cōfortantes. ℞. cinamomi electi. ʒ. j. ß. zinzi. ℈. j. cardamomi. ℈. ij. sandalorū citrinorum ⁊ rubeorū añ. ℈. ij. croci. ʒ. ß. pistentur ⁊ fiant species.

Uinū malum. ¶ Cauēdum est a vino acuto potēti ⁊ a vino dulci ⁊ grosso ⁊ a vino nouo turbido ⁊ nocet vinum valde forte. Unde Aui. capitulo supra allegato. Nocet eis vinum valde nisi sit ꝓpter consuetudinez aut propter debilitatē digōnis tunc enim oportet vt sumat in potu subtile quia cōsuetudo est inueterata in vini potum ideo ex toto nō est dimittendū. ¶ Utatur vino paucifero albo subtili claro aut coloris cisioli hñs rē modicā dulcedis: aut sit mediū īter dulce ⁊ pōticū q̄ si aqua idiget sit calibeata vl' ferrata.

Capl'm sextum. Repletio. Documēta ¶ Capitulū sextum de inanitione ⁊ repletiōe. ¶ Uitare debet omnē repletionē: nō dico solum humoralem de qua in sequēti tractatu: sed cibalē de qua ad presens pro aliqua ꝑmittentur documēta.

Primum. ¶ Primuȝ. Nunquā cibus accipiend⁹ nisi affuerit appetit⁹ ad ipsum: Et cum verus affuerit appetitus non est cibus differendus. quoniā tollerare famem stomacū malis replet humoribus tertia primi.

Secūdū. ¶ Secundum. Nō accipiat̄ cibus aut potus stante fastidio aut abominatione.

Tertium. ¶ Tertium. Cibus nō est accipiēdus stante ventris magna stipticitate: sed curandū est vt prius vētris beneficium habeatur.

Quartuȝ. ¶ Quartū: In vna cibatiōe non sint diuerse dapes: sed sufficiat vnus aut duo cibi.

Quintum. ¶ Quintum. Quicquid assumit̄ indigēs masticatione antequā deglutiat̄ optime masticetur.

Sextum. ¶ Sextū. Cum plura in vna mēsa accipiunt̄ ab eo est incipiendum qd̄ facilioris est digestionis.

Septimuȝ ¶ Septimū: Nunquā cibi aut pot⁹ tanta sit quātitas vt stomacus grauetur. immo bonum est a mensa surgere stantibus adhuc reliquijs famis.

Octauum. ¶ Octauuȝ. Non debet in comestione tempus prolongare ne cibo acquiratur diuersitas digestionis.

¶ Omnes iste regule colligi pñt ex tertia primi cap. de eis qd̄ comeditur ⁊ bibitur.

Uomitus. ¶ Si vero ob aliquam causam cibus in stomaco corrumpetur quem cognoscet ex eruptuatiōe fetida tūc ꝓuocetur vomit⁹ si sit ei facilis cū hmōi vomitiuo. ℞. radicum q̄ comedunt̄ lib. ß. semis atriplicis ℥. j. seis. aneti. ℥. ß. fiat decoctio de q̄ accipiant̄. ℥ vj. quib⁹ addant̄ oximellis simplicis. ℥. ij. ß. ⁊ tepidum totū sumat̄. Et postq̄ȝ biberit stet p duas tertias hore ⁊ digito linguā comprimat aut penna oleo intincta gutturi īponat ⁊ agitando vomitū ꝓuocet vt cibus corrupt⁹ educat̄.

Clistere. ¶ Si in vētre in inferiori repletio apparuerit quā sentiet ex grauitate ⁊ tēsione illius ptis tūc fiat clistere q̄ sic fit. ℞. malue borraginis cū radicib⁹ suis blite floruȝ camomille añ. m. j. anisorū. ℥. j. pistent̄ pistanda mō grosso ⁊ icidātur icidēda ⁊ fiat decoctio de q̄ colatura acipiat̄. ℥. xvj. quibus addātur cassie zucari rubei añ. ℥. j. olei ℥. iij. salis quātum sufficit fiat clistere ⁊ caliduȝ stō

Bñficium ventris. Inanitio.

ie uno supponaꝝ vt educaꝝ repletio fecalis. aut humoralis ex cibo corrupto. ¶ Omni die coneꝝ habere ventris beneficiũ bis aut semel si nõ põt naturaliter saltẽ cũ suppositorio aut clisteri ordinato. ¶ Et vitare dꝫ oẽm supfluã inanitionẽ tũ ne virtus debiliteꝝ tũ ẽt ne calor cõuertẽs se sup humores eos magis adurat.

Coitus.

¶ Cuꝫ coitus sub inanitione ɔtineaꝝ ab eo caueat. Unde Auic. xiij. tertij capi. de reb⁹ ex quaruꝫ vsu noceꝝ stomaco ex rebus magis nociuis stomaco est coitus ⁊ eius dimissio est ex rebus magis conferentibus. ⁊ hoc de primo tractatu.

Tractat⁹ scḋs. Decẽ intẽtiones.

¶ Tractat⁹ secũdus. ¶ Plures cõtinet intẽtiones. ¶ Prima est materiei cõis minoratio. Scḋa est materie ꝓprie digestio. Tertia eradicatiua euacuatio. Quarta materiei diuersio a supiorib⁹ ad inferiora. Quinta est cõfortatio digestiue stomaci. Sexta est splenis cõfortatio. Septĩa vero ꝓhibitio assensus vapoꝝ ad caput. Octaua est capitis cõfortatio ne recipiat. ¶ Nona est remissio male cõplexionis epatis calide ⁊ eius confortatio. Decima est descriptio medicaminum vsualiuꝫ quibus vti debet inter vnam purgationem ⁊ aliam de qua statim dicetur.

Pria intẽtio. Minoratiuum.

¶ Pria intẽtio sic cõpleaꝝ. ℞. floꝝ sticados arabici. ʒ. ij. floꝝ boraginis ⁊ buglosse ⁊ violaꝝ an̄. ʒ. ij. ß. seminis endiuie. ʒ. ij. passularũ sine nucleis. ℥. ß. fiat decoctio de qua accipiatur quãtũ sufficit ad dissoluendũ cassie nouiter cuꝫ predicta decoctione extracte. ℥. j. diasene. ʒ. ij. ß. electuarij indi maioris. ʒ. j. ⁊ fiat potus. ¶ Hunc potum calidum ⁊ nõ tepidum sumat per horam ante diem super quem cũ acceperit potest vna hora dormire ⁊ non amplius. inde surgat ⁊ ambulet per camerã clausis fenestris donec trãsiuerint hore. v. ab hora sumptiõis dicti potus ⁊ tunc prandeat ⁊ non assumat ante aliqḋ lauatiuum ⁊ eodem mane contineat se in camera.

Scḋa intentio.

¶ Secũda intẽtio sic cõpleꝝ. Uir iste vt debite ꝓseruet indiget purgatione in principio veris ⁊ autũni vel circa. Et qꝛ purgatio ĩtegraꝝ ex digestiuo ⁊ euãtiuo: ⁊ hũores alio ⁊ alio mõ reperiũꝝ dispositi in vere ⁊ autũno ideo opꝫ istis tpibus ista variari. Et qꝛ humor ꝑ cuius augmẽtũ piculũ imineret est humor adustus grossus faciẽs opillationẽ ⁊ sua siccitate ⁊ calidi. nocẽs iõ opꝫ digestiuũ rõne grossiciei hũoris eẽ subtiliatiuũ. gratia vero opillatiõis eẽ apitiuũ ⁊ ꝑꝑ humoris siccitatẽ ⁊ caliditatẽ esse humectatiuũ ⁊ infrigidatiuũ. Et qꝛ mala qualitate ꝑdicti humoris male disponunꝝ cor cerebrũ splen ⁊ stomacus. ⁊ ꝓpter hoc cõuenit vt in digestiuo ponanꝝ aliqua supradicta mẽbra cõfortantia.

Digestiuũ vernale.

¶ Digestiuũ tpe veris administrandũ. ℞. sticados arabici foliculoꝝ sene epithimi an̄. ℥. j. sirici crudi seminis acetose minoris corticũ citri ⁊ semis eiusdẽ inundati ana. ʒ. vj. mellisse capilloꝝ ve. politrici recentis scolopendrie an̄. m. j. buglosse acetose scariole omniũ cum radicibus suis an̄. m. j. ß. pistentur modo grosso pistanda ⁊ incidantur incidenda ⁊ fiat sic accipianꝝ. xxx. limacie siue coclee qḋ idem est ⁊ a cortice extrahãtur ⁊ mundenꝝ ab earum mucilagine ⁊ decoquanꝝ donec sint optĩe cocte postea coleꝝ ⁊ in colatura ĩfundanꝝ res ꝑdicte ꝑ diẽ ⁊ nocteꝫ. in ꝑdicta decoctiõe calida deide decoquanꝝ ⁊ cũ res ipse cocte fuerit addanꝝ succi pomoꝝ dulciũ. ℥. iiij. succi fumiterre dispumati. ℥. iij. ⁊ iteꝝ parũ buliãt postea coleꝝ ⁊ colature addaꝝ aceti passulati. q. s. ad mediocritatẽ acetosandũ cũ zuccaro albo quãtum opꝫ ⁊ fiat siru. ¶ Si coclee hri nõ possint fiat mõ dicto cũ decoctiõe ranaruꝫ. ℞. supꝛascripti sirupi. ℥. ij. aque lactis caprini. ℥. iij. misce iste est pro vna vice. Istũ sirupũ sumat post finem cene imediate ꝑcedẽtis ad. viij. horas sup quẽ põt ad libitũ dormire ⁊ ipsum taliter cõtinuet donec apparebit ꝑsenti medico digestio in vrina.

Digestiuũ autũnale.

¶ Tempore Autunni digeraꝝ materia sic. naꝫ hoc tempore sunt humores magis adusti. ¶ Recipe succi boraginis scariole endiuie omnium dispumatorum an̄. lib. j. succi lupulloꝝ ⁊ fumiterre preparatoꝝ an̄. lib. ß. succi maloꝝ bene redolentiuꝫ. ℥. iiij. infundanꝝ in dictis succis calidis ꝑ diem ⁊ noctẽ epithimi foliculoꝝ sene polipodij quercini an̄. ℥. ß. sirici crudi seminis acetose. an̄. ℥. ß. florum violarum boraginis ⁊ buglosse an̄. ʒ. vj. cuscute tamarisci an̄. ℥. ß. floꝝ sticados arabici. ʒ. j. buliant ⁊ cum cocta fuerit coletur ⁊ colature addatur zucari albi quantum sufficit ⁊ fiat syrupus ⁊ acetosetur cum aceto decoctionis corticum caparum postea passulatum. ℞. supꝛascripti syr. ℥. ij. aquarum mellisse scolopẽdrie endiuie an̄. ℥. j. misce iste ẽ pro vna vice sumat in aurora ⁊ continuet donec in vrina digestio apparuerit.

Tertia intentio. Eradicatiuũ vernale.

¶ Tertia itentio sic cõpletur. ¶ Eradicatiuũ post syrupos in vere exhibendum. ℞. cassiefistule cuꝫ aq̃ endiuie nouiter tracte. ℥. ß. diasene. ʒ. iij. reubarbari. ℈. iiij. spice. ℈. j. agarici. ʒ. j. salis gemme. ʒ. j. reubarbaꝝ cuꝫ spica infundanꝝ in aqua ẽdiuie quãtum sufficit ad eius imbibitioneꝫ cũ modico vini albi agaricus subtiliter incidatur ⁊ non pisteꝝ ⁊ cũ ialegẽma infundanꝝ in oximelle simplici quantũ sufficit ꝓ sui imbibitione ⁊ stẽt hec infusa saltem per horas sex reliqua dissoluanꝝ cum aqua endiuie absinthij melisse ⁊ scolopendrie omniũ ꝑtibus equalibus ⁊ addanꝝ expressiões reubarbari ⁊ agarici ⁊ factis bonis expressionibus fiat potus. ¶ Hunc potũ eradicatiue solutiuũ sumat in die sequenti ad diem complete assumptionis supradictorum syruporum calidum ⁊ non tepidum super quẽ potest vna hora dormire inde vigilet per camerã ambulando donec trãseant hore quinqꝫ ab hora sumptionis ⁊ tũc accipiat. ℥. v. aque ordei calide cuꝫ. ℥. j. zucari albi inde ad horam prãdeat ⁊ ea die qua medicinam sumit nõ egrediatur domũ immo de mane stet semiclausis fenestris. ¶ Si post purgationeꝫ presenti medico apparuerit vrina inspecta ⁊ gratia cõsuetudinis vt vena aperiatur fiat flobothomia ex qua extrahantur sex aut septem. ℥. sanguinis ex vena epatis ⁊ plus aut minus secundum quod visum fuerit presenti phisico ⁊ hoc post quinqꝫ dies a die solutiui.

Eradicatiuum autũnale.

¶ Solutiuum ⁊ eradicatiuum tẽpore autunni post syrupos assumptos. ℞ecipe cassie cum aqua endiuie ⁊ fumitere nouiter extracte. ʒ. v. diasene. ℥. iij. confectionis amech. ʒ. ij. electuarij de succo rosarum. ʒ. j. seri caprini quantum sufficit ad conficiendum ⁊ fiat potus quem sumat modo ⁊ ordine dicto in solutiuo accipiendo in vere. ¶ Quod si videtur ad quattuor vel quinqꝫ dies post solutiuum quod requiratur flobothomia fiat vt dictum est semper tamen cum cõsilio medici presentis.

Quarta intentio. Diuersiua.

¶ Quarta intentio sic completur. ¶ Diuertatur materia iuxta quartã intẽtionem cũ fricationibus brachiorum cũ positione vẽtosarum sup spatulas ⁊ super nates cũ scarificatione si opꝫ aut sine ⁊ clisteria ⁊ suppositoria ad hãc intentionẽ sunt iuuantia ⁊ prestantia notabile iuuamentũ. ¶ De cõueniẽtib⁹ diuersiuis esset apertio emoroydarũ ex qua optimum sperandũ ẽ iuuamentũ. ¶ Mod⁹ aptionis ẽ ɔprimaꝝ venter ita vt vene circa anũ appareãt postea fomẽtetur an⁹ cũ aq̃ decoc. mẽtastri ⁊ edere terrestris ide friceꝝ an⁹ cũ pãno aspero ĩfuso in felle tauri ĩ quo. ʒ. j. aloes sit dissolutũ: Aut friceꝝ cũ ꝑte siluestri folij ficus qḋ pri⁹ fuerit fricatũ adeo qḋ lac egrediaꝝ: Ul' fiat suppositoriũ ex coto ĩfuso ĩ lacte ficus ⁊ supponaꝝ. ¶ Ad idẽ valet radix luꝝ mioris mũdata ⁊ ad formã suppositorij

suppositorij redacta ⁊ supposita. ¶ Possent a capite fieri diuersiões ꝑ masticatoria gargarisma nasipurgia ⁊ sternutationē sed iste modus nō placet qm̄ nasus palatū vuula gigiue fuerūt ex apostemate lese. Et cū sint iste partes facte debiles nō videt̄ tutū ad eas per diuersionē materiā attrahere. Nec etiā diuertēdū est a superiorib⁹ mēbris ad partes iferiores per fricationes tibiaruꝫ ⁊ coxarū propter tumorem tibiarum in quem solitus est incurrere.

(Quinta intentio. Cōfortatium stōi.)

¶ Quinta intētio sic cōplet̄. Cōfortet̄ stomac⁹ iuxta quintā intētionem. ℞. oleoꝝ de absinthio. ℥. j. masticis spice ana. ℥. ß. laudani. ʒ. j. mente macis an̄. ℈. j. galie musc. galange an̄. ℈. ß. coralorum rubeorū coriādroꝝ preparatorū ana. ℈. ij. aceti. ʒ. ij. cere albe parum ⁊ fiat vnguētū molle quo vngatur stomac⁹ ante prandiū ⁊ cenaꝫ cū manu calida. inde superponat̄ pāniculus calidus. Et hac vti incipiat post purgationē. ¶ ℞. gariofilorum macis galange ana. ℈. ij. laudani. ʒ. j. coriandrorū preparatorū coralorū ru. an̄. ʒ. ß. picis. ʒ. j. ß. terbentine quantum sufficit ⁊ fiat cerotum extensum super allucta subtilissima ad formaꝫ scuti cuius cuspis ad os stomaci applicetur pars latior versus vmbilicum ⁊ continue teneat̄. Si vero corotuꝫ est sibi gratius vnctione applicet ipsum vt dictū est. Aut cum vsus fuerit vno. xv. diebus vtatur inde alio.

(Cerotum.)

(Sexta intentio. Unctio ꝓ splene.)

¶ Sexta intētio sic cōplet̄. ℞. olei de caparis. ℥. j. olei de lilio. ℥. ß. scolopendrie. ʒ. j. acori tamarisci ana. ℈. j. seminis agni casti corticuꝫ radicū capaꝛꝫ ana. ʒ. ß. aceti. ʒ. iij. cere quantum sufficit ⁊ fiat vnguētū quo vngatur regio splenis ante prandium ⁊ cenam aut saltez de mane. premissa semper aliquali fricatione illius partis.

(Septima intentio. Repressiua vaporum.)

¶ Septima intētio sic cōplet̄. Prohibeant̄ ascensus vaporū ad caput iuxta intentionem prepositaꝫ hec adimpletur varijs instrumentis.

(Primuꝫ.) ¶ Primū est coriandrū preparatū habēs coopertura vnam zuccari.

(Secundum.) ¶ Secundum est nespila non complete matura.

(Tertium.) ¶ Tertium est frustum citonij assi.

(Quartuꝫ.) ¶ Quartū est sumere duos aut tres bolos caseiveteris. Lꝫ prius fuerit ꝓhibit⁹ tanq̄ꝫ cibus: mō conceditur tanq̄ꝫ medicina. Diacitonitē cum speciebus. ¶ Sunt ēt alia que ad hāc intētionē a nostris doctorib⁹ ponunt̄ sicut lac acetosuꝫ ⁊ aqua frigida de qbus non scribo qꝛ nō conueniunt nostro ꝓposito. Istorum auxilioꝝ quodcūq̄ꝫ sumat accipiat in fine mense ⁊ nihil post bibat aut comedat.

(Octaua intentio. Balnea.)

¶ Octaua intētio sic cōplet̄. Cōfortare caput ne recipiat a mēbris ad ipm̄ trāsmittentib⁹ est eius maliciā cōplexionis emēdare ⁊ ipsius lassum corrigere. ¶ De reb⁹ ad hoc ꝯueniētib⁹ est accessus ad balneū hn̄s minerā sulfuris ⁊ aluminis cuiusmodi sunt balneū petrioli ⁊ sancti Philippi in territorio senaꝝ ad que itur ad finē aprilis ⁊ ad principiuꝫ septēbris ⁊ cōuenit ēt balneuꝫ cinericiū salsum ⁊ nitrosum sicut balneū sancte Helene de padua ad qđ itur a mēse maij vsq̄ꝫ ad mensem septēbris ad qđcūq̄ꝫ istoruꝫ vadat premittat̄ purgatio. ⁊ si opus est cum reiteratione nec in aliquo istoruꝫ corpus infundatur. esset enim causa maioris adustionis humorū. ¶ Seruet̄ iste ordo de mane in ortu solis premissa euacuatiōe supfluitatū prime ⁊ secūde digestionis exponat̄ caput ducie ⁊ recipiat̄ aqua super caput supra cōmissurā coronalē vbi coniungit̄ cū sagitali per horam vnam qua hora exacta exsiccet̄ caput cuꝫ pāniculis calidis ad vltimū fricet̄ cum manu cum medicamine qđ sic fit. Recipe aque vite tribus aut quattuor vicibus sublimate lib. j. ß. ponat̄ in vase vitreo stricti orificij ⁊ in eo infundant̄ laudani. ʒ. ij. ß. gariofilorū nucis musc. macis ana. ʒ. j. thuris. ʒ. ij. ⁊ optime claudatur. Cū hoc vltimo fricetur caput prius depositis capillis ⁊ colli pars posterior. Inde debite caput pānis muniatur ne frigore offendat̄. Et postea ad horam prandeat. Transactis horis septem a fine prandij reddeat ad duciam consimilē seruādo modū qui dict⁹ est. ¶ Et vnū considerandū si sunt pluries ducie ⁊ vna sit alia calidior ab ea incipiat q̄ minus est calida ⁊ cū ipsam vna die ceperit transferat se ad propinquā calidiorē donec veniat ad eā adeo calidā que tamē sine nocumēto possit tollerari. Et hmōi tēpus duciandi debet esse vnius mēsis ad min⁹. ¶ ℞. calami aromatici. ʒ. ij. sandarace thuris ana. ʒ. j. rosarum. m. ß. florū camomille quartā m. j. nucis cipressi. ʒ. ij. gallie musca. laudani an̄. ʒ. j. cōtundant̄ omnia ⁊ misceant̄ ⁊ fiat saculus capitalis in sindone tincta in grana ad formā bireti religiosoꝝ ⁊ exhibeatur. Istū saculū ponat sub suo bireto ⁊ portet die ac nocte cuꝫ fuerit purgatus ⁊ balneum susceperit. ¶ ℞. sandarace. ʒ. ij. nigelle in aceto infuse per noctē ⁊ in vmbra exsiccate postea torrefacte. ℥. j. calami aromatici ligni aloes an̄. ʒ. ß. laudani. ℥. ß. rosaruꝫ. ℥. ß. contundant̄ ⁊ fiat pomum ⁊ odoret. sed non odorare incipiat nisi post purgationem nam ante forsan dolores capitis induceret iuxta illud Hypocratis. Muliebria educunt ex aromatibus ⁊c.

(Nota.)

(Pomuꝫ.)

(Nona intētio. Balnea.)

¶ Nona intentio sic cōplet̄. Remittat̄ malitia caliditatis epatis ⁊ cōfortet̄. ¶ De rebus hoc facientibus mihi expertū est balneū de aquis in comitatu pisarū. ¶ Licet alia sint balnea. s. habētia mineram ferreā ⁊ eneam. Cuius est balneū auinionis in comitatu senēsi. Et balneū candenellaꝝ prope petriolū. Hec tamē balnea habēt actualē caliditatē satis intensam que huic viro nō videt̄ conuenire. ¶ Ad balneum aquarū itur a fine iunij vsq̄ꝫ ad mediuꝫ augusti est fere nullius actualis caliditatis ⁊ hꝫ ferri minerā cū aliquali ere. ¶ Usus eius est vt iam sole per horā orto: habito vētris beneficio ⁊ vrine ingrediatur balneū stādo in eo duabus aut tribus horis qm̄ nullam affert molestiam. Exeunte a balneo intret lectū pānis mediocriter copert⁹. Et si sudauerit abstergat̄ sudor ⁊ se induat. Et inde ad duas tertias hore comedat transactis horis sex aut septem a fine prandij reddeat ⁊ stet in eo duas aut tres horas et faciat vt dictum est fieri de mane. ¶ Recipe olei de spica. ℥. ß. violati rosati nenufaris ana. ʒ. vj. sandalorum rubeorum boliarmeni spodij ana. ʒ. j. cere parum ⁊ fiat vnguētum molle quo vngatur regio epatis. licet huiuismodi non fiat nisi post euacuationem postquā fuerit ad balneuꝫ intueatur vrina quā si rubea viderit ⁊ acutā vtat̄ vnctiōe. Si autē vrina nō fuerit accensa dimittat̄. ¶ Confortat̄ epar cum rebus appropriate valentibus sicut limacie species endiuie ⁊ auellane ⁊ epar adib. Haruꝫ rerum vsus plurimum conuenit. Unde Auicen. xiij. tertij capi. de sermone vniuersali de curis epatis. Et omnes quidem endiuie species ⁊ proprie amara que ad rubedinem declinat. cōferunt lesionibus epatis. calefactis quidez cum syrupo acetoso: infrigidatis vero cum melle. Et epar adib iuuatiuū est sua proprietate. Et carnes limaciarum similiter. ¶ Et in cap. de rebus que epati cōueniunt dixit. Et auellane sunt conuenietes omnibus epatibus: quoniā nō sunt vehemētis caliditatis ⁊ sunt aperitiue ⁊ chimus eaꝝ est bonus. Et epar adib. i. lupi ⁊ caro limaciarū sunt cōuenietes cū ꝓprietate que sunt in eis. ¶ Placet mihi vsus ranaꝝ qm̄ sunt bezoar lepre vt dicit serapio in suo de simplicibus ⁊ Auicē. ij. cano. cap. de rana notū est lepraꝫ causari ab humoribus adustis qbus

(Unguētū epatis.)

(Confortatio epatis.)

(Rane.)

Confectio optima.

caro ranarū sua proprietate resistit. ¶ Cōuenit confectio que est cordis cerebri stomaci ⁊ epatis. cōfortatiuā letificatiua ⁊ est triaca cōtra venenositatē ⁊ maliciā hūoꝝ melācolicoꝝ adustoꝝ. ℞ecipe margaritaꝝ splēdidarū. ʒ. j. ß. smaragdarū. ʒ. j. limature eboris ossis de corde cerui ana. ℈. iiij. coralorū rubeorū iacintorum rubeorū granatorū ana. ʒ. j. ligni aloes sandalorū mustellinorū siue citrinorum ana. ʒ. j. ß. foliorum auri numero. xx. cancrorū fluuialium exsiccatorū. ʒ. ij. limature calibis in aceto preparate scdm modū quē ponit seruitor. ℥. ß. musci. ℈. ß. Pulueriƺentur omnia ⁊ cribent ⁊ cōficiātur cum syrupo qui sic fit. ¶ ℞ecipe passularū enucleatarū. ℥. j. ligr. cie munde. ℥. ß. sirici crudi corticū citri ana. ʒ. iij. pistentur siue quassentur ⁊ infundant in aqua calida in qua aurei. xx. fuerint infusi ⁊ bulierint postea extrahant ⁊ addantur succi pomorū redolentiū. ℥. iij. succi granatorum acetosorum ℥. iiij. succi buglosse scariole endiuie ⁊ acetose oīuƺ clarificatorum per residentiam ana. ℥. iij. ⁊ buliant predicta vsqƺ ad cōsumptionē medietatis inde coletur postea addat zuccari tabarzet quantuƺ sufficit ⁊ fiat syrupus cum quo pulueres conficiant ⁊ fiat electuariū aut cōfectio in tabulis vel morsellis. Et cū folijs auri deauretur sed nō nimis decoquatur.

Sirupus.

Preparatio cācroruƺ.

¶ Cancri q hāc cōfectionē ingrediunt sicut pparari dƺ. ℞. cācrorū fluuialiū bonaꝝ aquaꝝ ⁊ mundētur ab intestinis ⁊ testis ⁊ carnes ponantur in olla noua vitreata optime operculo clausa i furno postquā panis est extractus ⁊ permittant ibidē stare donec exsiccentur vt possint pulueriƺari. ¶ De isto electuario siue confectione ad hoc ppositum optime valēte sumat de mane quando surgit pulsis supfluitatibus prime ⁊ scđe digestionis ad quātitatem nucis ⁊ inde super bibat. ℥. j. vini albi. ¶ Sed quādo sumit syrupū aut medicinam vel pillu. dimittant. ¶ In vsu hmōi electuarij multū est confidendum.

Decia intētio.
Pillule.

℄ Decima ⁊ vltia intētio. ℞. specierū yere simplicis. ʒ. j. ß. masti. ʒ. ß. mirobolanoꝝ indoꝝ ⁊ chebuloꝝ aā. ℈. ij. aloes optimi. ʒ. ij. ß. agarici. ʒ. j. zēƺe. saīs gēme. aā. gra. v. epitbimi. ℈. ij. pistent ⁊ cōficiant cū succo cauliū ⁊ aqua absinthij ⁊ fiat magdalion ex quo forment pillu. septē pro. ʒ. de qbus accipiat a trib⁹ vsqƺ ad. v. quādo vadit dormitū p horas. ij. post cenā ⁊ eis taliter vtat cū interpositione decē aut octo dieꝝ. ¶ Qđ si semel i mēse sumeret p horā ante dieƺ. ʒ. j. ⁊ differret inde per horas qnqƺ prandium afferret magnam vtilitatem.

Digestiuū visuale.

¶ Digestiuū visuale. ℞. aquaꝝ endiuie scolopēdrie lupuloꝝ absinthij acetosi simpliciƺ aā. ℥. j. misce sumat q̄tuor dieb⁹ cōtinuis singulo mēse pcipue tpe calido inter vnā purgationē ⁊ aliā deide sumat. ℈. ij. vel. ʒ. j. pill. suprascriptarū per horā ante diem.

Ad tumorē tibiaꝝ.

¶ Ad tibias q̄ tumescūt. ℞. rosaꝝ mirti gallarū cipressi aā. m. j. cōtūdant modo grosso ⁊ buliāt in aq̄ in q̄ fabri suū extinguūt ferrū ⁊ cū ista lauent pedes ⁊ tibie a genibus infra de mane cū surgit ⁊ hoc ter aut quater in ebdomada. Sit deo laus.

℄ Bauerius de Bauerijs.

℄ De morphea alba.

℄ Consilium. 16.

Casus.
Causa.



Dispositio istius reuerendi patris est morphea alba. Cuius causa est defectus virtutis imutatiue partis morpheate. Naƺ ⁊ si interdum concurrat mala dispositio epatis que est causa flegmatis generatiua ⁊ eius multiplicationis in isto non puto epar concurrere. Cum huius venerabilis patris tam complexio totius quam sui epatis est calida: Immo complexio est calida ⁊ humida cum aliquali declinatione ad colericitateƺ sicut facile comprehendi potest signa epatis sui contemplantibus: Quamquā igitur epar suum non generet sanguinem flegmaticū malicia mēbri morpheati corrumpit ipsum. Et hec visa est sententia Gal. quā refert Aui. vij. quarti cap. de morphea dum dixit. Et quādo cōponit hec materia cōuertit nutrimentū qꝫ euenit ad eā ad naturā suā. ⁊ si sit melius nutrimētū sicut cōplexio bona conuertit materiā corruptā ad rectificationē ⁊ facit eam cōuenientē. ⁊ sicut arbores permutantur de plantatione ad plantationē ⁊ cōuertunt a venenositate ad comestibilitatē ⁊ a comestibilitate ad venenositateƺ sicut narrat Gal. Et aliquādo qꝫ arbor nominatus alabcha est in persia venenosi fructus ⁊ cum plantatur i egipto est fructus eius de his que comeduntur. Et sicut color animalis ⁊ plāte cōuertunt materias secundū membri quoniam ipsa sunt ei secundū regiones. Et quoniā membrū flegmaticum ⁊ caro eius sicut caro ostracorum cōuertit sanguinem bonum ad complexionem flegmaticam.

Morphea.

Cura.

℄ Ex hoc infero i cura istius dispositionis nō expedire facere euacuationē a toto. cū flegma nō habundet in isto patre. nā si euacuatio a toto cōueniret esset ad euacuandum causam antecedētē ab epate genita sed hoc non oportet per ea que superius dicta sūt. Unde. Aui. Et cum corpus ē mūdum ab humore faciente morpheā ⁊ cōplexio est equalis tunc dimitte medicinas que bibunt quoniam fortasse afferunt nocumentuƺ ⁊ minus ⁊c. capi. supra allegato. ¶ Quare cum intentio sit habenda ad causam cōiunctā istius dispositionis ⁊ medicine per os sumpte ipsam non euacuant ad eas que ab extra approximantur vertetur studium nostrum. ¶ Harū medicinaꝝ: quedā sunt vehemētius abstersiue: quedā fortiter attractiue: nōnulle vero vlceratiue. ¶ De his medicinis cōueniunt. ¶ Primo ℞adix dragontee subtiliter trite ⁊ cū aceto vini albi permixte. ⁊ cū ea locus morfeatus liniat. ¶ Ad idē egregie facit sulfur albuƺ dissolutum in sero lactis acetosi valde. ⁊ cū hoc liniat locus morfeatus ante prandiū ⁊ cenā ⁊ meridiem. ¶ Itē fricetur locus morfeatus cum radice cucumeris asinini cuƺ aceto antequā predicte medicine approximentur ⁊ pariter alie que dicent. ¶ Preparet locus morfeatus cum fomētatione facta cum aqua calida donec locus rube⁹ fiat aut prius locus fricetur cum folijs ficus.

¶ Medicamē efficax ad hoc. ℞. olei vitelorum ouoruƺ cū quo conteratur ⁊ dissoluatur armoniacuƺ ⁊ lineat loc⁹ quinqƺ aut sex vicibus i die. ¶ Ad idē. ℞. celidonie radicis lapacij acuti aā. ℥. j. buliant in vino albo donec sint decocte postea cū ipso vino lauetur locus morfeatus diligēter ⁊ īde exsiccētur. ⁊ statim liniat cum infrascripto vnguēto. ℞. succi celidonie succi lapacij acuti succi enule ⁊ scabiose omniuƺ post residētiā. ʒ. ß. adipis anseris. ʒ. vj. argēti viui extincti. ʒ. ij. cere paruƺ ⁊ fiat vnguētū. ¶ Istorum medicaminū vtat prius illis tribus pri⁹ scriptis administrādo vnum illorum p quatuor dies. deinde alium per tantūdem tēpus postea aliud. ℄ Quod si per hec dispō nō remoueret fiāt alia duo. primo vnū: inde p quinqƺ dies aliud. ¶ Multa alia possem scribere ad istud propositū valentia. Sed quoniam puto ad curā ista sufficere. ⁊ sunt iter cetera magis familiaria ideo ab alijs desisto. ℄ Laudo tamē anquā hic venerabilis pater icipiat vti suprascriptis medicaminib⁹ pus sumat ifrascriptas pill. i sero qn̄ vadit dormitū materiā a capite dponētes ne curreret ad locum dum localia administrant.

℄ Circa regimē. Uitare dƺ aerē hūidū ⁊ frigidū.

tristitiam.

tristitiā quietē multā ⁊ exercitiū superfluum ⁊ bal/
neationē ⁊ fricationē supra repletionē. Et somnū su
perfluū ⁊ vigilias supfluas caliditatē inatā resoluē
tes. ⁊ caueat a nutrimētis frigidis ⁊ humidis cuius
modi sunt pisces ⁊ olera humida ⁊ fructus humidi.
Pillule. ¶ Pillule sumēde de quibꝰ facta est mentio supra.
℞. pillu. de yera cōposita. ʒ. j. fiant pillu. numero se
ptem. Istas sumat per duas horas post cenā quan
Cōtra pollutionē. do vadit dormitū anteq̄ʒ locabilibꝰ medicinis vtat̄.
¶ Contra pollutionē. ℞. olei rosa. ℥. j. olei de mir/
Unguētū to olei de citonijs. ʒ. vj. plumbi vsti ceruse amborū
lotoꝝ cum aqua lactuce lapidis emathitis ana. ʒ. j.
amili. ʒ. j. ß. florum salicis florū nenufaris ana. ʒ.
j. ⁊. ß. cāphore. ʒ. ij. radicū nenufaris seminis lactu
ce coriādroꝝ añ. ʒ. ß. Distent̄ oīa subtilissime ⁊ cri
bent̄. ⁊ cum modico cere albe fiat vnguentum mol
le quo vngat̄ a loco vbi cingit̄ infra vsq̄ʒ ad os cau
Aliud. de quādo vadit dormitum ⁊ de mane quādo surgit
⁊ hoc fiat ter aut quater ī ebdomada. ¶ Ad idē. Re
cipe succi mente. lib. ß. masticis olibani ana. ℥. ß.
nucis cipressi. ʒ. ij. balaustie. ʒ. j. galange. ʒ. j. pulue
ris cinamomi quart. ß. olei citonioꝝ olei ros. ana.
Aliud. ℥. j. aceti parū cere q̄ sufficiat fiat vnguentū. ¶ Ad
idem valet plastra plumbi locis multis perforata
infusa per diē ⁊ noctem in aceto posita super renes
⁊ hec maxime valet in colericis.

De preseruatione a peste.

Consilium. 17.


Reseruatiua a peste virtutibus omnibꝰ fa
miliaria ipsarūq̄ʒ virtutū omniū conforta
tiua ⁊ ꝓprie virtutis animalis ⁊ propriissi
Sirupus. me vitalis in corde. ¶ Recipe syrupi de ci
Mistura. tro vel de limonibus. ℥. j. ß. aque acetose. ℥. iij. mi
sce. ¶ Aliud. Recipe aq̄ acetose. ℥. ij. vini albi odo/
Pillule. riferi. ℥. ß. boliarmeni. ʒ. ß. zuccari ros. ʒ. j. misce.
¶ Aliud pill'. nō solutiue. Recipe boliar. ʒ. j. terre si
gillate. ʒ. ij. syru. de citro quantū sufficit pro pillu.
cōficiēdis misce ⁊ fiant pillu. ix. pro. ʒ. Istarum pil
lu. nō solutiuarū assumat a tribus vsq̄ʒ ad quinq̄ʒ
ad libitū in mane cū surgit vel ī aurora bis in ebdo
mada aut ad minus semel. Et post istarū assumptio
Mistura. nem stet tribus oris ad minus ieiunus ⁊ postea co/
medat. ¶ Aliud Recipe tyriace zuccari ros. ana. ℥.
j. vini albi odoriferi nō nimis vinosi. ℥. j. ß. misce.
Istam misturā sumat post horas duas post cenam
imediate precedentē. Deinde post ipsius assumptio
nem dormiat ad libitū ⁊ stet ieiunus horis septē ad
Cōfectio. minus post ipsius assumptionem.
¶ Confectio. Recipe specierū triasandali. ʒ. ij. dia/
rodon abbatis. ʒ. ß. terre sigillate. ℈. ij. boliarmi. ʒ.
iij. gemarū ⁊ margaritarū. electuarij de gēmis sine
speciebus. ʒ. ij. zuccari albi. ℥. xviij. misce. ⁊ cum
aqua buglosse quantū sufficit ad conficiendū fiat
Alia. cōfectio solida in morsellis. ʒ. trium pro quolibet
morsello. ¶ Alia ꝯfectio. ℞. diaboraginati. ℥. ij. dia
buglos. ℥. iij. zucca. ro. ℥. iij. terresigillate. ʒ. ß. bo
liar. ʒ. iij. specierum triasandali. ʒ. ij. ⁊ gemarum ⁊
margaritarum electuarium de gēmis sine speciebꝰ
ʒ. iij. misce ⁊ cum iulep vio. quar. ß. ad incorporan
dū ⁊ fiat confectio solida in morsellis. ʒ. trium pro
quolibet morsello. Istaꝝ omniū medicinarū supra
scriptaꝝ assumat modo vnā modo aliā in mane cū
surgit oī ebdomada diebꝰ intermissis hoc modo vi
delʒ vna die assumat aliquā ipsaꝝ ⁊ alia die nō as/
sumat aliquā. Deinde post ipsaꝝ assumptionē stet ie
iunꝰ horis tribꝰ ad minus p̄terquā post tyriace as/
Pillule ñ solutiue. sumptionē suprascripte stet ad minus ieiunus horis
septē. ¶ Pillu. nō solutiue. ℞. xiloaloes. ʒ. ß. cornu
cerui. ℈. ij. sandali rubei. ℈. j. termentille. ʒ. ß. ter/
re sigillate. ʒ. ß. boliar. ʒ. iiij. coral. rub. ℈. ij. ß. ace/
tose. ℈. j. diptami. ℈. j. zedoarie. ʒ. ij. gemmaꝝ ele
ctuariū de gemis sine speciebus. ʒ. j. ß. margarita/
rum. ʒ. j. xilobal. ʒ. ß. camphora gra. iij. syru. de ci
tro. q̄r. se. ad incorporādū ꝓ pill. cōficiēdis. ¶ Si ve **Fortiores:**
ro diligit̄ medicamē fortius cōfortatiuum cōtra pe
stē pill'. prioribus tūc vtatur istis pill'. secūdis cum
modis ⁊ ordinibus descriptis ī assumptiōe dictarū
primarū suprascriptarū quinimo istis pill'. secūdis
aliquotiēs vtatur vt supra singula ebdomada satis
semel. Iste etiā pill'. secūde p̄tes multū iuuāt actu
peste laborantē quas tūc ipso actu peste laborāte bis
in die singulo sumat stō ieiuno ante prādiū ⁊ ante
cenā per duas horas. ¶ Si vero vult ex hmōi medi
cine potū tūc omnium illarū puluerū simul mista/ **Puluis.**
rum sumat. ʒ. j. cū aqua acetose ⁊ vini albi odorife/
ri nō multū vinosi añ. ℥. ß. misce. ⁊ fiat potus Et ip
so potu taliter vtat̄ cū modis ⁊ ordinibꝰ descriptis
in assumptione ⁊ vsu pill'. immediate suprascriptaꝝ.
Solutiuum facile ⁊ vsuale. ℞. aloes sucotrini. **Solutiuū facile.**
ʒ. vj. mirre. ʒ. iij. croci. ʒ. j. ß. reubarbari. ʒ. ij. agari
ci. ʒ. j. spice. ℈. j. corticū citri. ʒ. j. ß. citri. ℈. ij. tre
mentille. ʒ. ß. granorū ribes. ʒ. ij. vel tantūdē. se. ace
tose sandali ru. ʒ. ij. Coralli rub. ʒ. j. ß. boliar. ʒ. iij.
camphore. ʒ. j. misce ⁊ cū rob de ribes ⁊ syrupi de
citro. añ. quart. ß. ad incorporandū ⁊ forment̄ pill'.
septē pro. ʒ. Si vero nō reperit̄ rob de ribes tunc fi
at cū tantūdem syrupi de citro. Istarū pill'. sumat a
duabus vel tribus vsq̄ʒ ad quinq̄ʒ vel septem in ma/
ne cum surgit vel per vnam horā ante cenam omni
septimana bis vel semel. Et si ipsas pillu. sumit in
mane tūc immediate post ipsam assumptionem stet
ieiunus horis quinq̄ʒ.
Regimē de rebus nō naturalibus: Et primo de **Regimen.**
acre. ¶ Aer habitationis rectificetur ipso loco habi **Aer.**
tationis pluries asperso ex aceti partibus duabus
aque rosa. partem. j. simul mixtis ita q̄ cōtinue idē
locus habitationis dicte misture odorē sapiat. ¶ Cū
vero transit ad aerem liberum portet in manu sepis/
sime odorando petiam lineam siue spongiam infu/
sam in aceto non multum acuto partes. ij. aque ro.
partem. j. de ambabus q̄ sufficiat ad dictā infusio
nem. ¶ Aut portet pomum laudani in manu propor
tionale temporibus anni ipsum frequenter odoran
do ⁊ vitet communionem multarum personarum.
¶ Utatur vino claro non vinoso sed paucifero. co/
lore albo seu sicioli vel coloris granatorum ⁊ sapo/
ris agrestis aut aliqualiter brusci. Quinimo acetū
in potu tempore pestis est prestantius. Uitet vina vi
nosa nigra dulcia. ¶ Utatur pane bñ fermētato bñ **Panis.**
cocto ⁊ cū aliquātulo salis ⁊ cōposito ex octo ptibꝰ
farine frumēti ⁊ nona farine milij ⁊ aqua fluuiali seu
cisterne ē melior. ¶ Utatur carnibus tēperatis ⁊ fri **Carnes.**
gidis ⁊ siccis aut non multum calidis: ipsis tamen
omnibus bene digestibilis videlicet pullorū. perdi/
cum fasia. laudarū turdorū aucularum puarum in
arboribus degētiū. vituloꝝ nō amplioris etatis sex
mensiū nec minoris duorū edorū domesticorū ca/
priolorū siluestriū leporulorū ⁊ ꝓprie edulū vtat̄ ex
tremitatibꝰ animaliū suprascriptorū ⁊ carnibꝰ eo
rum neruosis ⁊ musculosis ⁊ meliꝰ his extremitati/
bus coctis debite deinde in aceto nō multū acuto
vel vino granatorū. ¶ Utat̄ piscibꝰ paruis ⁊ ꝓprie
lucijs cū aceto nō multum acuto vl' agresta vl' vino **Pisses.**
granatorum. ¶ Utat̄ ouis sorbilibus cū agresta vl'
vino. granatorū vl' etiā ipsis frixis vl' fractis ī aqua **Oua.**
vtat̄ cū dicto vso vel agresta vl' aceto nō multū acu
to ⁊ aq̄ limphato. ¶ Utat̄ rebꝰ acetosis ī gelatino.
¶ Utat̄ etiam panico bñ cocto ⁊ multum cōuenīt lē **Acetosa.**
tibꝰ debite coctis ⁊ ē proprium ciceribus ꝑagis ali **Grana.**

quotiēs acetosella herba seu salsarella sola comesta
seu cū aliīs herbis ⁊ est propriū caparibus cū ace/
to ⁊ aggresta aranceis vino granatoꝝ. ¶ Utatur re
bus frigidis potius quā calidis nō tamen frigidis
excessiue. ¶ Uitet res calidas ⁊ amplius multuȝ ca/
lidas. ¶ Uitet lacticinia preter lac acetosuȝ prius tñ
a lacte extracto butiro. vitet fructus ⁊ maxime pu/
trescibiles ⁊ maxime multū humidos. ¶ Uitet om/
nia faciliter putrefactibilia motus sit suauis: vitet
motus laboriosos corporeos seu animales. ¶ Uitet
quecūqȝ annelitū frequētāt respectu sue naturalis
complexionis vel velocitantia aut magnificātia.

Sōnus.
¶ Utatur somno ⁊ vigilia mediocrib⁹ naturalibus
ipso in cōsistente aut iuuene aut sene non excedente
horas. vij. in adolescēte vero q est. xiiij. an. vsqȝ ad
xxv. Utaꝛ somno nō excedēte horas. viij. ⁊ plus se

Inanitio.
cūdū ꝙ magis appropinquat sue natiuitati. ¶ Sin/
gulo die habeāt beneficiū ventris saltez semel natu
raliter vel artificialr. Et si sit necessariū beneficiū ar
tificiale ventris habere tunc fiat cū suppositorio cō
muni ⁊ cū suppositorio mellis vel lardi salsi aut ene
mate cōi. ¶ Euitet pharmaca efficacia vt turbit gu
mas esulā. ¶ Uitet coitum frequentē ⁊ superfluū re
pletionē nimiam ⁊ oīa virtutem dissoluētia. ¶ Uta
tur gaudio quātū possibile est vitet tristitiam.
¶ Jura carnium vt galli pulloꝝ caponū perdicuȝ
competūt pestilenciatis condita cū agresta ⁊ succo
aranci aut cum aceto. nā oīa acetosa tunc cōpetunt

Electuarium cordiale.
⁊ nulla dulcia cōpetunt neqȝ pinguia. ¶ Electuariū
cordiale. ℞. zuca. buglosse boraginis violati ro. añ:
℥. j. margaritarum. ℥. ß. frametorū zafrani. ʒ. j. mi
sceat simul cum. ʒ. ij. videlȝ manuschristi cum mar
garitis ⁊ fiat ad formā dactilorum ⁊ cooperiaꝛ cū
foliīs aurei: In odore pomi citri est mirabilis pro/

Trocisci.
prietas rectificās aeris cōplexionē pestilētie. ¶ Tro
cisci qui sunt ex cōfectione gallie alefangine' quam
ponit Mesue vel cum frustis aliquibus deinde de
quo sunt poma ambre sunt optimi ad faciendum suf
fumigationes in cameris patientiū fe. pestilen. ⁊ ma
xime in tempore frigido nebuloso.

Nota.
¶ Nota pro euacuatione fienda in feb. pest. ꝙ aga
rico inest mirabilis ꝓprietas ⁊ tiriacalis contra oē
venenū ⁊ inest ei proprietas cōfortandi cor ⁊ letifi/

Julep. cordiale.
candi vt notat princeps in de viribus cordis. ¶ Ju/
lep. in pest. ⁊ est cordiale. Recipe aque endiuie aque
buglos. aque ro. aque mellis. ana. ℥. iiij. been alb. ⁊
rub. ana. ʒ. ß. sandalorū al. ru. añ. ʒ. ß. succi arāgio
rum acetosorum quar. ß. ad acetosandum zucca. al.
solidi. lib. j. fiat iulep. ⁊ detur cum aqua frigida.

Confectio cordialis.
¶ Cōfectio in debilibus cordis ⁊ fe. malignis. Reci
pe margaritarū. ʒ. j. ⁊. ß. cinamomi gariofilo. ana.
℈. j. iacinti. ʒ. ß. coral. ru. ʒ. ß. limature auri vel ar
genti. ʒ. j. zuca. al. lib. j. distemperet zuca. cū aqua
buglosse ⁊ aque ro. ana. ℥. iiij. ⁊ fiat confectio in ta/

Magnum secretum.
bulis ⁊ cooperiantur cum foliīs auri. ¶ Magnū se/
cretū qđ magnificat arnaldus est vinū in quo extin

Epithima cordiale.
guitur aurū ignitum potādū tempore pestis. ¶ Epi
thima ad cor. ℞. aq̄ ro. aq̄ buglosse aq̄ acetose aque
nenufaris ana. ℥. iiij. aque mellisse succi aranceoꝝ
acetosorum acetositatis citri ana. ℥. ij. succi citonio
rū. ℥. j. sandali al. ⁊ ru. añ. ʒ. j. spodij rasure eboris
semen citri semen acetose añ. ʒ. j. gra. tinctorū gra.
vj. cāphora. ʒ. ß. pulueriꝛenꝛ puluerizāda ⁊ misceā
tur omnia in olla parua bene vitriata ⁊ cuȝ sindone
ru. bene duplicata ad formam cordis inmersa. ¶ Et
dicta mistura non frigida sed sola frigiditas remis/
sa in estate: vel parū tepida in hyeme epithimetur
cor sub mām illa sinistra per duos digitos ⁊ dū in/
cepit calefieri ⁊ exsiccari remoueatur.

¶ Bauerius de Baueriīs.

¶ De lepra cum defedatione extremitatū ⁊ obdor
mitatione cum obtusitate sensus tactus in facie col
lo cruribus ⁊ manibus cum excrescentiīs nodosis ⁊
rubedine ⁊ duricie cum tensione neruorum.

¶ Consilium. 18.

Contra leprā ⁊ cum defedatione extremita
tum ⁊ obdormitione cū obtusitate sensus
tactus in eius faciē collo auribus ⁊ cruri/
bus ⁊ manib⁹ apparēt excrescentie nodose
cū rubedine ⁊ duritie sensibiles tñ cū aliquali tētio
ne neruorū quorū alique pricipaliter in crure tēdūt
ad saniationē ⁊ virulentiā ⁊ plures cōsolidanꝛ licet
cum difficultate aliquali. Et annelitus in sua natu
rali dispōne nō percipiꝛ adhuc imutatus taȝ vrina
bene digesta ⁊ grossa ⁊ spissa tamen clare rubedinis
sanguinee ⁊ aliīs signis laudabilibus preter quam
quod habundat multum in se. melancolica ⁊c.
¶ Ueniēdo ad medicinalia opȝ cōsiderare in hac
egritudine esse habūdantiam plurime male materie
permiste cū sanguine. Et qꝛ materia principalr pec/
cans est melācolica ⁊ trāsmittiꝛ ad exteriora videꝛ
securius nō euacuare sanguinē de venis magnis.
Sed tñ necessariū est euacuare materiā multis vici
bus ⁊ cuȝ flobotomiīs ⁊ cū pharmaciīs aperitiuis.
Et videnꝛ dimittēde scarificationes ⁊ sanguisuge.
quia dimisso grosso euacuant subtile. Et qꝛ verisimi
le est ex quo pluries est flobotomatus ⁊ pharmaca/
tus ꝙ fecerit flobotomiam de vena magna ⁊ ꝙ sit
purgat⁹ medicinis fortib⁹ vti fuit operatū in princi
pio. c. Quare in cōsilio meo ponēdo ordinē in ser/
uando ⁊ iterādo oib⁹. xl. dieb⁹ vsqȝ ad integrā salu
tē solā descēdendo ad particularia.
¶ Primo igiꝛ in isto mēse augusti cū fuerit forti/
ficatus aliqualr de precedētibus euacuationib⁹ ma
xime in. ʒ. quadra lune. Et luna nō existente in arie
te faciat fieri flobotomia de vena frontis que ꝓce/
dit inter duo supercilia quasi recta a capillis vsqȝ
ad supercilia. ¶ Et modus flobotomandi est ꝙ li/
getur collum cum pannicello aliqualiter stricte in
fra vt retineanꝛ vene faciei. Et icuruato capite ver/
sus anteriora cū vena apparet satis grossa floboto/
metur ⁊ fiat foramē satis latum vt sanguis grossus
egredi possit. Et dimittaꝛ exire quātitatis. ℥. iij. ⁊
postea claudaꝛ. ¶ Facta hec flobotomia sequēti ma
ne faciat clistere cōmune. ¶ Et alia die faciat purga
tionē hanc. Recipe mirabo. indi. ʒ. iij. polipodij. ʒ.
j. ß. sene. ʒ. ß. sticados arabici. ʒ. ij. contundantur ⁊
bulliant in lib. j. aque decoctionis passularuȝ vsqȝ
ad cōsumptionē medietatis. postea coleꝛ. Sed ante
quā coletur ponaꝛ in ea epithimi. ʒ. j. ß. Et permit
taꝛ sic stare donec sit tepida ⁊ tunc bene fricetꝛ ⁊ co
letur ⁊ addaꝛ zuccari. ℥. j. Et bibaꝛ duabus horis
ante dieȝ super dormiēdo per horā. Et postea non
prandeat vsqȝ ad horas sex. ¶ Qđ si hec medicina
euacuaret vicibus quattuor sumaꝛ omni septimana
bis modo dicto. ¶ Si autē plus euacuet diminuaꝛ
plus d; quātitate scđm discretionē presentis medi/
ci. s. tertia vel quarta ꝑs rerū positaꝝ i descriptōe.
¶ Cum autem venerit quarta septimana purgetur
fortius vna vice tantum cū hac medicina. Recipe
cōfectionis amech descriptione secunda. Obseruetꝛ
debita custodia in vsu medicinarum. Et in capite
v. horarū sumat. ℥. v. aq̄ ordei tepide. Post duas
horas aque ordei potus prandeat. Et postea redeat
ad decoctionē supradictam sumēdo bis in septima
na vsqȝ ad cōplemētum septeȝ septimanarū. ¶ His
completis qꝛ opȝ in eadeȝ egritudine permutare me
dicinas in sequētibus sex septimanis. Flobotomen
tur due vene in prima die postquā duobus diebus
quieuerit ab assumptione solutiuorū. Et primo flo/
botometꝛ

botometur vena que est in manu dextra inter digi/
tum annularem ⁊ auricularem ⁊ debet tenere ma/
num in aqua calida ⁊ fiat apertura satis lata ⁊ extra
bantur. ℥. ij. sanguinis. Et secunda die flobotome/
tur simul vena in manu sinistra extrahendo etiam.
℥. ij. sanguinis. ¶ Intro positā diem vnā post hāc
flobotomiā īcipiet iterū purgare sumēdo bis ī ebdo
mada istas pill'. ℞. agarici. ℈. ij. aloes. ʒ. j. salis īdi:
ʒ. ß. ellebori nigri gra. xv. pistentur ⁊ cōficiant pill':
cū melle aut cū iulep. ⁊ sumat medietas earū in vice
vna. Qd̄ si sufficiēter euacuat quattuor vicibus me
diocribus sumatur hec quātitas in septimana bis.
duabus horis ante diem seruando hunc ordinē qui
dicebat superius quādo sumebat decoctio. ¶ Qd̄ si
non sufficienter euacuat vel plus addatur vel dimi
nuatur de quātitate ſm consiliuʒ presentis medici.
¶ Itē in quīta septimana istarū secūdarū sex septi
manarʒ purget semel sumēdo istā medicinā. ℞. pill'.
indarū. ℈. ij. pill'. de lapide lazuli. ℈. j. reficiant cū
aqua mellis. Et sumant in vice vna duabus horis
ante diē cū bona custodia. Et sumat lauatiuū hinc
ad quīqʒ horas ⁊ post lauatiuuʒ ꝑ duas horas pran
deat. ¶ Et ī vltia septimana istarum secundarum re
deat ad pill'. quibus vtebatur ante istas immediate.
¶ Cōpletis ēt istis sex septimanis incipiat ⁊ flobo/
tomet p̄io de saphena pedis dextri extrahendo. ℥.
ij. sanguinis. Et faciendo latū foramen tenendo pe
dē in aqua calida. Sequēti die flobotometur de sa
phena pedis sinistri simili modo. Et faciat q̄ habeat
lubricū vētrē cū clistere. ¶ Et post hoc ꝑ duos dies
īcipiet purget oī septimana bis cū ista purgatione.
℞. mirabolanorʒ īdo. ʒ. iij. agarici. ℈. j. sticados. ʒ.
j. ß. salis geme. ℈. j. turbit. ℈. ß. epithimi. ʒ. j. bu/
liant oīa in libra. ß. decoctionis passularū postquā
sunt contusa non multum forti ebulitione. postea
coletur fricando ⁊ exprimendo cuʒ manibus ⁊ biba
tur de mane vna hora ante diem bis in septimana
obseruando vt est dictum in precedentibus. ¶ Qd̄
si nimis euacuaret p̄sens medic⁹ diminuat de quā/
titate. Si parum qd̄ addat. ¶ Et in quinta septima
na purgetur cum bona custodia capiendo has pillu
las duabus horis ante diem. ℞. trociscorum a lau
dal descriptione a Mesue. ʒ. j. pillularum indarū.
℈. ij. confice pillulas terendo trocis'. a laudal contri
tione vltima ⁊ conficiantur cum aqua mellis. Et ca
piat lauatiuum quod dictū est superius. ¶ In om/
nibus istis. xviij. septimanis capiatur semel in decē
diebus. ʒ. j. ß. optime tiriace cū. ʒ. j. aque mellis se
ptem horis ante cibum. ¶ Item in reliquis diebus
de mane sumat tiriacam diateseron que est. ℞. gen
tiane bacarum lauri mirre aristologie ro. an̄. ℥. iij.
mellis dispumati lib. ij. Confice simul in forma ele
ctuarij. sumat. ʒ. j. pro vice quattuor horis ante ci/
buʒ cū. ℥. j. vini grossi dulcis. ¶ Et ē vehemēter cō
ueniēs frequēter sumere d̄ mane trib⁹ horis an̄ cibū
de hac medicina. ℞. auri purissimi. ʒ. iij. balsami ele
cti. ʒ. j. mirre rubee ⁊ clare aloes epathici turis mi
nuti laudani puri non sufisticati an̄. ʒ. ij. camphore.
ʒ. j. pistentur pistanda ⁊ linientur linienda subtilissi
me ⁊ incorporentur omnia cum balsamo ⁊ olio man
dragorino ita q̄ habeat formam electuarij ⁊ reser/
uetur in vase argenti puri bene opturato ⁊ sufficit.
ʒ. ß. ꝑ vice cū vino dulci. coeto vsqʒ ad. ℥. j. ¶ Se
mel autem in septimana debet vomere post cibum
⁊ comedat carnes bouinas p̄io ⁊ pigues ⁊ ferculū
pinguē tantū cū brodio gallie ⁊ sale ⁊ cū porris aut
cepis coctis in eo sit cibus bene salit⁹ ⁊ comedat fe
stināter nō multū masticādo. Et bibat de vino dul
ci copiose. Et postquā ē cibat⁹ bibat hūc syrupum.
℞ecipe radicum rafani. lib. j. sinapis. ℥. j. fac bulli
re in lib. vj. aque vsqʒ redeat ad lib. iij. cum libra
vna aceti. Et postea coletur ⁊ addatur mellis dispu
mati lib. iij. bulliant simul vsqʒ habeat spissitudineʒ
debitam syrupi. ⁊ bibatur cū medietate sui de aqua
tepida. ℥. iij. ꝑ vice statim post cibum supradictū:
Postea surgat ⁊ ambulet per domuʒ ⁊ voluat se su
pra lectum paruo spacio: Postea interposita penna
faciat q̄ vomat. ¶ Et pro secunda die nō comedat
vsqʒ ad cenam ⁊ ī cena comedat pullos. ¶ Item in
diebus in quibus sumit medicinam solutiuam siue
fortem siue debilem non balneetur. ¶ Sed quando
non sumit medicinam solutiuam nec flobotomatur
tunc balneetur vt supra. Sed ipse non debet coope
riri in balneo ad hoc vt recipiat aerem frigiduʒ per
annelitum. ¶ Et quia iam est sufficienter purgatus
debet fricari in balneo omni vice cum farina faba
rum ⁊ farina cicerum ⁊. xx. parte sui de sale nitro ⁊
postea lauari cum aqua tepida. ¶ Et postquā a bal/
neo egreditur quandoqʒ inungatur precipue ī locis
in quibus non apparent pustule cum oleo vio. habē
te aliquid de camphora qd̄ sit valde caliduʒ. ℞. olei
vio. ℥. iij. cāphore. ʒ. j. īcorporentur optime in mor
tario funde ⁊ postea calefaciat ⁊ vngatur precipue ī
locis in quibus non apparent pustule. ¶ Loca in qui
bus apparent pustule inungatur cum huiusmodi vn
guento. ℞ecipe serpentem vnum nigrum ⁊ abscin/
datur caput eius ⁊ cauda postea excorietur ⁊ ponat
in vase terreo vitreato ⁊ fūdatur super ipso aceti for
tis vini. ℥. viij. aque libra vna. ℞adicis draguntee
℥. iiij. decoquantur lentissimo igne quousqʒ carnes
serpentis separentur ab ossibus postea remundētur
ossa ⁊ coletur totum cum panno optime exprimēdo
⁊ colatura reseruetur in vase vitreo. Et ex hoc ergo
inungatur locus. Qui si fuerit pillosus abradantur
primo pili: ⁊ hoc fiat tribus diebus. ¶ Et postea in
sequentibus diebus post balneum ista loca epithi/
mentur cum epithimate qd̄ infra scribam hoc ordi/
ne seruato q̄ primo in balneo fricentur loca cum fa
rinis supradictis. Postea lauentur loca infecta cuʒ
hac decoctione. ℞ecipe fenugreci. ℥. ij. aque lib: iij
saponis albi. ʒ. ij. bulliant simul lento igne vsqʒ ad
consumptionem tertie partis ⁊ postea cum hac lauē
tur loca cauendo ne intra oculos ingrediat. ¶ Post
quam autem a balneo egreditur lauetur iterum lo/
cus talis infectus cum decoctione balaustiaruʒ ⁊ ex
tremitatuʒ rubi. postea exsiccentur ⁊ epithimentur
cum isto epithimate. ℞ecipe mirabola. indo. ⁊ ēbli.
an̄. ℥. j. cōburentur bene cum. ℥. j. gallarum ⁊ cōfi
ciatur cum aceto ⁊ liniatur super locis infectis.
¶ Et quia puto bonum esse q̄ antequam transiret
estas vel saltem totus mensis septembris si nō videt
cum reliquis medicinis bonum melioramentum q̄
experiatur vsum serpentum ideo describam moduʒ
quo debet vti eis vsqʒ ad q̄ tempus. ¶ Unus ergo
modus est iste. ℞ecipe serpentes qui nascuntur ī mō
tibus precipue lōge ab aquis ⁊ habent caput planū
⁊ sunt in medio grossi ⁊ si habent ventrē album sūt
meliores ⁊ habent curtam caudaʒ ⁊ sunt de loco sic
co ⁊ longe a palude ⁊ aquis. Et si habent pares dē/
tes in ambabus mādibulis sunt meliores. ⁊ tunc sta
tim abscindātur capita eorum ⁊ infra per tres digi
tos ⁊ ī cauda per quattuor. Et permittat fluere san
guis. ⁊ ille de eis qui est fortioris agitatiōis ⁊ a quo
fluit plus sanguis est melior. Euiscerentur ergo po/
stea ⁊ bene lauentur ⁊ ponatur in olla noua vel in le
bete ⁊ ponantur cum eo manipulum vnum porrorū
trirorum ⁊ aliquod de aneto ⁊ parum de oleo ⁊ ali/
quid parum de aceto ⁊ de sale quantitas sufficens.
⁊ quid parum de pipere ⁊ de galanga ⁊ buliat simul
quousqʒ carnes ab ossibus separentur ⁊ si bulierit

Alia purgatio.
Quinta septimana.
Alia purgatio.
Flobotomia.
Purgatō
Alia purgatio.
Vomitus
Unctio:
Alia.
Epithima

cum eo vnum pipionē eēt delectabilior ⁊ nō minus vtilis. Et hac decoctione facta comedat patiēs carillas serpentis cum pauca mica panis ⁊ bibat sufficienter de brodio ⁊ incipiat primo sumere nō multam quantitatem. ℥. ij. vel. iij. dictarum carnium ⁊ mediam scutellam de brodio ⁊ bibat aliquid de vino odorifero. Uel si vult incipiat a minori quantitate. Et debet hoc totiens reiterare in horis debitis suarum comestionum ꝙ incipiat inflari ⁊ incurrere perturbationes sensuū ⁊ tunc dimittatur vsus carnium ⁊ brodij serpentis ⁊ redeat ad regimen suprascriptum non comedendo multum pro vice. nā quādo inflabitur tandem cutis illa inflata cadet ⁊ remanebit cutis noua ⁊ mollis. ¶ Et postea redeat ad dietam ⁊ dimittat serpētes ⁊ medicinas solutiuas. Sz vtatur sepe. s. ter in mese optima tiriaca vel mitridato sumendo. ʒ. j. ß. v. horis ante cibum cum. ℥. j. vini decoctionis passularum. ¶ Et quia forte in hac estate non habuerit facultatez comedendi viperas: post illas decem ⁊ octo septimanas posset bibere vinum de serpentibus loco cōmixtionis serpentium: Qd̄ fit hoc modo.

Uinuz serpentum.

¶ Accipiantur tres serpentes decollati ⁊ euiscerati ⁊ preparati modo superius dicto pro decoctione ⁊ buliāt in. lx. libras vini donec sint bene cocte vipere vt separetur caro ab ossibus ⁊ vinum ita calidum cū aliquali quantitate alterius vini sibi simul non tamen buliti cum viperis ponatur in vegete. ⁊ sit vinum odoriferum album ⁊ consuetum reseruari. de quo vino debet sumere in prandio ⁊ cena: ⁊ totiens bibat ꝙ incipiat aut turbari in sensu aut inflari ⁊ tunc dimittat vinum istius vini.

Terti⁹ modus.

¶ Tertius modus vtendi serpentibus est abominabilis ⁊ minus consuetus: sed tamen scriptū est a nostris doctoribus. ℞. serpentem vnum nigrum ⁊ excorietur modo supradicto ⁊ sepeliat̄ in terra donec fiant in eo vermes deinde recipiatur cuz vermibus suis ⁊ exsiccetur in sole vel cū lento igne ⁊ reseruet̄. Et detur de isto tribus diebus vno post aliud. ʒ. j. pro vice in aurora cuz syrupo de melle vel cū aqua mellis complete decoctiōis.

Quartus modus.

¶ Quartus modus vtēdi serpentibus est cum syrupo ⁊ conuenientior iudicio meo in hac dispositiōe ⁊ ē iste. ℞. se. ⁊ floruz fumiterre foliculoruz sene. mirabola. indo. ⁊ citirno. aā. ℥. ß. polipodij epithimi aā. ℥. ij. viola. ℥. j. ß. cimini anisorum se. feni. semis aneti aā. ʒ. ij. piperis galange zinzib. aā. ʒ. j. serpentis preparati modo dicto superius scilicet decollati ⁊ euiscerati ⁊ excoriati ⁊ bene loti cum vino ⁊ sale. idest aqua ⁊ sale ita ꝙ sit quantitas serpentis lib. ij. ⁊ buliant simul cuz sufficienti quantitate salis ac si carnes coquerētur quousqz remaneat de aqua lib. iij. ⁊ serpentes sint ita discocti ꝙ caro ab ossibus separetur postea coletur ⁊ exprimatur bene totum ⁊ in colatura addatur zucari albissimi lib. iij. Et iterū reducantur ad ignē ⁊ buliant simul quousqz habeant spissitudinez syrupi debentis per totum annum reseruari. Iste syrupus pōt seruari cōtinue p annū in vigore suo. ¶ Et qn̄ appz ei vel medico p̄senti ꝙ debēt vti medicina serpentū vtendo cibis ⁊ potibus vt est scriptū in regimine debet de mane īcipere ⁊ bibere. ℥. ij. huius syrupi. cum. ℥. ij. aque buglosse aut decoctionis lupullorum vel capilloꝝ veneris recentis in aurora ⁊ non comedere vsqz ad quattuor horas. ¶ Et si videt ꝙ bene tolleret istam quantitatem aque buglosse ⁊ istud perseuerare tociens ꝙ appareat corpus īflari ⁊ ipse perturbari ī ratione ⁊ tūc debet dimitti vsus istius syrupi ⁊ redire ad regimē scriptū in principio subtiliando tn̄ cibum quasi ad medietatem cōsueti quousqz videatur excoriari cutis. ⁊ tunc paulatim redeat ad regimē sanorū.

Quintus modus.

¶ Quintus modus est. ℞. serpentum supradicto modo p̄paratoruz lib. ij. porrorum. ℥. vj. aneti. ℥. iij. salis. ℥. j. aque quantum sufficiat buliat simul ad serpentum decoctionem integrā. Et ꝙ remaneāt aque lib. iij. deinde tolle serpentes ⁊ tolle carnē dimissis ossib⁹ ⁊ pistetur subtiliter. Et. ℞. specierum rosete nouelle descriptione Nicolai. ℥. ij. specierum triasandalorum. ℥. j. cōmisceantur cum dictis carnibus pistando in mortario optima cōmistiōe. Et postea de brodio dictorū serpentum cū lib. iij. zucari simul bullitis fiat syrupus spissus ⁊ sufficienter coctus ꝙ syrupus simul cum dictis carnibus ⁊ speciebus sufficienter incorporent̄ ita ꝙ fiat ad moduz electuarij de quo omni mane sumat p̄io. ℥. j. ¶ Et si nō vidit se alterari sufficienter pōt addere ⁊ sumere p vice vsqz ad. ℥. ij. vel. iij. quattuor horis ante prandiū bibendo paruz vini odoriferi. ¶ Qd̄ si magis delectaret euz posset facere dictum syrupum tantum coqui ⁊ cōmiscendo cum carnibus predictis ⁊ speciebus ꝙ fieret cōfectio sicca in morsellis sed in vrtico ꝙ confectio mollis in modum electuarij est magis vtilior.

¶ Plures alij possunt imaginari quattuor vtendo serpentibus sed isti quinqz videntur mihi magis sibi cōuenientes precipue primus ⁊ vltimus poterimus in forma electuarij quā in forma solida.

Pur capit Capu gium

¶ Propter illa vltima oportet primo attēdere ad purgandas superfluitates capitis cuz caputpurgijs ⁊ gargarismis hoc mō. ¶ Primo dū apparent nares humide fiat hui⁹ caputpurgiū. ℞. celidonie nasturtij piperis longi stafisagrie nucis mus. pulegiuz omniū aā. ʒ. j. succi agni casti. ʒ. ix. misceant̄ ⁊ decoquantur donec inspissēt ad modū syrupi deinde colet̄ ⁊ reseruet̄ in vase vitreato ⁊ infundat̄ tota decoctio in istū caputpurgiū ⁊ ponat̄ vsqz ad supremuz nariū ⁊ cuz p horā tenuerit abijciatur ⁊ extrahatur per nares postea aliquid de lacte decoctione lactuce.

Gar ma.

¶ Gargarismata aūt debēt esse primo cum abstersiuis p̄cipue p̄pter pustulas quas hz in ore ⁊ lingua hoc mō. ℞. ordei furfuris ficuum siccarum aā. ʒ. j. aristologie ro. ʒ. ij. buliāt omnia ī lib. j. aque quousqz remaneat lib. j. aque lento igne. postea coletur ⁊ addatur mellis ros. colati. lib. ß. Et cum illo fiant gargarisma gargarizādo trib⁹ vicib⁹. ¶ Postquam hoc modo gargarizauerit gargarizet vinum granatorum in cui⁹ lib. j. bulierit. ℥. j. sūmac ⁊ gallarum cipressi. ℥. ß.

Cōtra stulas

¶ Sed p illis pustulis q̄s hz p̄cipue p paruis satis dictū est. ¶ Pro magnis aūt attendatur hoc ꝙ alique earū sunt vlcerate alique nō. ⁊ nō vlceratarum quedam sunt supurate: ⁊ quedā nō. Ille igit̄ que nō sunt vlcerate neqz suppurate post exitum a balneo ⁊ in diebus in quibus nō vtitur balneo vtatur isto vnguento quo vnguatur. ℞. radicum dragontee. ℥. iiij. rasure lardi porcini. ℥. ij. coquantur simul quousqz radices sint bene cocte. postea radices pistentur bene cuz equali pondere asungie porcine ⁊ fiat vnguentum de quo vngantur dicte pustule. Ille vero pustule que sunt suppurate ⁊ per se non aperiuntur aperiantur cū ferro ⁊ permittatur currere putredo ex eis ⁊ tūc restat vna cōsideratio in pustulis apertis. Et in quibusdam earum apparet caro bona neqz apparet pruritus neqz corrosio ⁊ iste debent cum vnguentis incarnatis sicut verbi gratia. Unguentum palmeon vel vnguentū triafarmacon vel cum vnguento magistrali.

Ungu magis le.

Qd̄ sic fit hoc modo. ¶ ℞. litargirij albi lib. j. plūbi adusti lib. ß. tuthie alexandrine decies extincte in lacte asine. ʒ. ij. Pistentur subtilissime ⁊ triturentur cum sindone. postea ponātur in mortario ⁊ infundant̄ oleo ro. aceti vini albi āna partes equales ⁊ incorporentur

Baln

tur

tur paulatim cum dictis pulueribus quousqꝫ totū
appareat sicut mel currēs. ¶Postea ponant̄ ad ignē
⁊ bulliant lentissime cōtinue agitando cum spatula
de ligno salicis quousqꝫ sit sufficienter coctum ⁊
optime incorporatum. Et cum illo supposito cure-
tur vsqꝫ ad consolidationem. Uel cum alio cōsoli-
datiuo secundum consilium presentis medici. ¶In
illis aūt pustulis aptis in qb⁹ appet caro mala vel
pruritus potest apponi vnguentum supradictuz de
dragontea ⁊ si nō sufficit comisceatur cum equali
mensura vnguēti egiptiaci descripti a Mesue. Qđ
si nō sufficit abstergantur cauterizetur locus cum
viridis eris. cum sale armoniaco ⁊ cū sale viuo ana
partem equalem qui puluerizentur ⁊ comisceantur
cum aceto ita ꝙ non fiant ad modum paste ⁊ sup-
ponatur vlceribus illis. ¶Et prouidendum cū astu
tia presentis medici ne virtus cauterij trāseat ad lo
ca sanat. ¶Postea mundificetur locus a crusta ⁊ cu-
retur cuz vnguento supradicto de litargirio. ¶Uel
si cauterium potentiale timeatur ponatur aristolo-
gie longe radix secundum quantitatez loci cauteri-
zando cum oleo feruenti ⁊ ita feruens superpona-
tur loco quousqꝫ veniat ad carnem sanam ⁊ remo-
ta crusta curetur cum vnguento supradicto de li-
targirio vel similibus. ¶Quod si ista omnia nō cō-
tulerint oportet vltimate venire ad cauteria que fi-
unt cum ferro ignito. ¶Et melius modus ⁊ effica-
cior est ꝙ in capite fiant. v. cauteria. Unum super
comissura coronali parum versus medium capitis.
Scđo in extremitate frontis vbi terminant̄ capilli
sed in loco capillorū. Duo sup duo cornua capitis.
Et vnū ĩ parte posteriori iuxta extremitatē ossis ca-
pitis parū supra. Et dēt illa cauteria aut ĩ vice vna
aut in plurib⁹ ꝑuenire vsqꝫ ad os. Et cirugic⁹ post
discoperturam ossis leuiter debet tangere os cum
ferro ignito ita ꝙ scamina vna remoueatur leuiter.
Et post ista quinqꝫ cauteria ponatur cauterium in-
durato splenis. Qđ soluz pertranseat cutim. ¶Sed
quia in nostro infirmo iam sunt infectiones manife-
ste in locis supradictis si necessitas cogit fiant cau-
teria minuta. Unū supra extremitatem nasi. Duo
super duas maxillas. Duo super spondilibus colli.
Sex super spondilibus dorsi. Unum profundum su
per nodum caude. Duo super humeris. Duo super
cubitis. Duo super genibus. Duo super calcaneis
duo super anchis. Et quelibet iunctura manus ⁊
quelibet iūctura pedis. Et requirit per vnum nō pe
netrans nisi cutez. Et dimittantur apta ꝑ mensem
⁊ postea consolidentur cuz vnguento supradicto de
litargirio. ¶Debet autem presens medicus sua so-
lerti prudētia ſm ꝙ videt fortem vel debilem impres
sionem respectu que approximantur aut bonam in-
firmi tollerandam vel malaz metiri iudicio extima
tiuo arbitria numerum viciuz ⁊ frequentiam ⁊ quā
titatem continuam respectu approximandarum: ⁊
quandoqꝫ addere: ⁊ quandoqꝫ minuere ſm ꝙ sibi vi
detur quoniam certa rei quantitas in morbis ne-
cessaria. nec calamo scribi nec lingua proferri pōt.
que vna res maxime facit hanc nostram arbitrariā
⁊ coniecturatiuam.

Balneuz.

¶ Balneum. Qđ supra dixi fit hoc modo. ¶Pona
tur in balneo hoc. ℞. malue violarū. aā. lib. x. ⁊ quā
do non habentur. ℞. violarum siccarum ⁊ florum
nenufaris aā. libra. j. ordei. lib. iiij. hec vel illa in aq̄
sufficienti bulliant ⁊ in illa aqua tepida ⁊ delecta-
bilis caloris balneetur per quartam partem hore
vel circa postea exsiccentur cum linteis calidis.

¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ De accidentibus superuenientibus naviganti.

¶ Consilium. 19.

Nauiganti varia solent accidētia aduenire.
¶ Unum est nausea siue stomaci contur-
batio. ¶Cui sic succurratur. Accipiantur
post cibum antequaz euomat coriandri cō
diti ⁊ confecti cum optimo zucaro coclear vnū. Aut
accipiat ꝙ melius est duos aut tres bolos infrascri
pte confectionis. ℞ecipe conserue citoniorum absqꝫ
speciebus libram vnam masticis granorum mirti a-
meos coriandroruz preparatorum aā. ℈. iiij. pisten
tur pistanda subtilissime ⁊ cum miua citoniorum fi-
at confectio solida ĩ morsellis: quorum quilibet sit
duaruz. ʒ. est profecto huic accn̄ti efficax remediū.

Cōtra nau
seam.

¶ Solet interdum accidere dolor capitis propter
humorum agitationem. ¶Cui sic occurritur: Exhi-
bendo syrupum infrascriptum per duas horas post
cenam ⁊ iterum in mane ante diem per horam. ℞.
syrupi de papauere. ℥. j. oxizacare. ℥. ß. aque deco
ctionis coriādroruz preparatoꝝ. ℥. iij. misce. ¶Itē
ante cibum fiāt ad brachia fricationes trahēdo ver
sus manum ⁊ postea ad coxas ⁊ ad tibias.

Cōtra do-
lorē capitꝫ

¶ Nonnunquā aduenit fluxus ventris cui sic pro
uidetur. ℞ecipe granoꝝ mirti copularuz glandiuz
acacie hypoquistidos thuris ciperi sandarace ba-
laustiarum aā. m. j. decoquantur omnia in lib. iij.
aque vsqꝫ ad comsumptionem medietatis postea co
letur facta forti expressione de hac colatura recipia
tur lib. j. miue citoniorum syrupi de mirto aā. ℥. j.
ß. olei citoniorum olei de mirto aā. ℥. j. sepi renum
capri. ʒ. iij. dissoluatur pinguedo cum decoctione
postea alia addantur ⁊ fiat clistere. ¶Ad idem va-
let vngere ventrem a furcula inferiori infra vsqꝫ ad
pectinem cum infrascripto vnguento. ℞ecipe olei
rosati olei de mirto. aā. ℥. j. trociscorum de spodio
trociscoruz de bolo armeno ⁊ de balaustijs aā. ʒ. ij.
cere quantum sufficit ⁊ fiat vnguentum.

Cōtra flu-
xū vētris.

¶ Si acciderit sitis valida vt aliquādo solet adue
nire. ℞ecipe syrupi de limonibus. ℥. ij. aque fontis
tantūdem misce ⁊ paulatim potetur. ¶Ualet ad idē
iulep violaceum aut rosatum accipiendo de quouis
istorum. ℥. ij. cum. ℥. iij. aque ordei.

Cōtra sitiz

¶ Si acciderit instantia vigiliarum succurretur
cum infrascripto syrupo sumpto per duas horas
post cenam. ℞ecipe syrupi violati syrupi de nenu-
fare aā. ℥. ß. syrupi de papauere. ʒ. vj. aque deco-
ctionis papaueris albi. ℥. iij. misce. ¶Ualet ad idez
lauare pedes in sero cum hac decoctione ante cenā
℞ecipe florum nenufaris violarum lactucarum so
latri foliorum vitis ⁊ salicis florum camomille aā.
m. j. aneti. m. ij. decoquantur omnia in sufficienti
quantitate aque cum qua lauentur tibie vsqꝫ ad me
dietatem coxaruz ⁊ brachia vsqꝫ ad cubitos per ho
ram ante cenam.

Cōtra vigi
lias.

¶ Cum accidit aliquando debilitas virtutis confe
runt brodia pullorum aut caponum iuuenum carno
sorum cum. ℥. ij. aque buglosse aut boraginis. ⁊. ℥
j. vini albi aromatici. ⁊ de hoc potu sepe sumat sal-
tem in omni fine quinqꝫ horarum ad quantitatem
quinqꝫ vnciarum. ¶Item valet ad idem contusum
pullorum aut caponum iuuenum. ¶Ualet ad idem
electuariū reguz de quo sumat̄ coclear vnū ⁊ in die
aliquando. ¶Itē confectio diamargariton descri-
ptione Nicolai. Et omnia ista valent quando cū de
bilitate apparerent signa frigiditatis. ¶Sed si appa
rerent signa caliditatis sumatur coclear vnuz infra
scripti electuarij post quod sumant̄. ℥. iij. brodij pul
li aut. ℥. iij. aque sublimationis pulli vel post accipi
ant̄. ℥. iij. aq̄ borraginis aut buglosse. ℞. diabora-
ginati diabuglosati zucari violati zucari ro. aā. ℥.
j. manuschristi cū perlis. ℥. ij. folioꝝ auri ⁊ argēti.
aā. numero. x. misce totum ⁊ diligenter incorpore-

Cōtra dbi
litatē virtu
tis.

Cõtra caliditatẽ epatis humi. stomaci.

tur in mortario. ¶ Cum epar vestrum sit calidum stomachus vero humidus ⁊ ad frigiditatem declinis vtamini frequenter de infrascripta confectione sumendo de ea ante prandium vnum morsellum per horas duas ⁊ idem ante cenam. ℞. specierum diagalange descriptione Mesue in suo antidotario. ʒ. iij. specierum triasandalorum sine camphora. ʒ. ij. zucari trium coctarum quãtum sufficit ⁊ fiat cum aqua ro. confectio in morsellis quorum quilibet sit trium dragmarum. ¶ Qd si stomachus magis calefieri indigerit sumat infrascripte cõfectionis rotulam vnam eo modo qui dictus est de suprascripta. ℞. cinamomi electi. ʒ. ij. zinzib. ℈. ij. granorũ paradisi. ʒ. ß. pistentur pistanda subtilissime ⁊ cũ aqua absinthij fiat confectio in morsellis quoruz quilibz sit trium dragmarum. ¶ Qd si per vsum cõfectionis videtur epar inflammari. vngatur regio epatis ante prandium ⁊ cenam per horas duas cum vnguento sandalino aut cum ceroto galeni.

Cõtra stipticitatem ventris.

¶ Si venter fieret stipticus sũmantur tres aut quinq3 de ĩfrascriptis pill'. añ cenã p duas horas q̃ etiã sumi possunt post cenã in ĩtroitu lecti vbi esset dolor capitis aut esset caput graue. ¶ ℞. specierum de yera simplici. ʒ. iij. masticis. ʒ. j. mirabolanorũ chebulorum ⁊ citrinorum. añ. ʒ. ß. agarici. ʒ. j. ß. salis geme. ℈. j. aloes loti cum aqua endiuie ad pondus omnium ⁊ fiat cum succo absinthij ⁊ melle ro. colato magdalion ex quo formentur pill'. numero septez pro qualibet. ʒ.

Contra febrẽ tertianam

¶ Si casus foret qd deus auertat incureretis febrem tertianã notam que est pendens ex cõmixtione colere cũ flegmate. nam in talem febrem estis magis inclinatus quã in aliam sic procedendum est.

Clistiere.

¶ Primo in hora minoris afflictionis fiat clistere tale. ℞. malue blite foliorum violarum mercurialis. añ. m. j. incidantur herbe ⁊ buliant in sufficienti quãtitate aque cum fuerint cocte coletur de colatura accipiantur. ℥. xviij. quibus addantur cassie. ℥. j. yerepig. ℥. ß. olei violati. ℥. iij. salis. ʒ. ij. ⁊ stomacho ieiuno suscipiatur. ⁊ hoc fiat vbi non esset fluxus ventris.

Minoratiuũ.

¶ Die sequenti si fuerit dies minoris febris aut dies quietis accipite hoc minoratiuũ per horam vnam ante diem post eius assumptionem differatis prandiuz per horas quinq3 tũc comedatis absq3 assumptione alicuius lauatiui. ℞. prunorum numero octo tamarindoruz. ʒ. iij. floruz boraginis buglosse ⁊ violaruz añ. ʒ. ij. fiat decoctio de qua accipiantur. ℥. ij. in quibus ĩfundantur reubarbari electi. ℈. iiij. squinanti. ℈. j. ⁊ sic stet in ĩfusione per sex horas demum coletur facta optima expressione ⁊ in ea dissoluantur mãne. ℥. j. ß. loco cuius potest dissolui cassie nouiter tracte. ʒ. vj. ⁊ fiat potus qui calidus exhibeatur.

Digestiuũ

¶ Cum transiuerint duo dies post minoratiui assumptionez sumat in aurora si nõ fuerit tunc principiuz febris aut ei9 augmentum vel statuz infrascriptum syrupuz. Qd si ea hora aliquid istorum esset tunc differat eius acceptionem vsq3 ad declinationẽ paroxismi aut ad horam quietis febris ⁊ postquã syrup. assumpserit differat cibuz per tres horas aut ad minus p duas cum dimidio. ℞. syrupi acetosi simplicis. ℥. j. syrupi violati syrupi de duabus radicibus añ. ℥. ß. aque endiuie. ℥. ij. aque feniculi. ℥. j. misce iste est p vna vice sumat quinq3 vicibus.

Solutiuũ

¶ Postquã syrupum acceperit vt dictum est in die sequenti imediate ad diem vltimam complete acceptionis capiat ĩfrascriptam medicinam. videlicet. Recipe florum sticados arabici florum rorismarini ana. ʒ. j. ß. florum boraginis buglosse. florum violarum ana ʒ. ij. passularum sine nucleis. ℥. ß. agarici optimi. ʒ. j. ß. salis gẽme. ℈. j. reubarbari optimi. ʒ. ij. spice. ʒ. ß. manne. ℥. j. agaricus infundatur cum salegẽma in oximelle simplici p sex horas ad minus reubarbarum infundantur cu spica in aqua endiuie per sex horas de reliquis fiat decoctio de qua colatura accipiatur quantum sufficit ad dissoluendum mãne. ʒ. x. loco cuius potest poni. ℥. ß. cassie nouiter extracte ex cãna sua postea exprimãtur fortiter agaricus ⁊ reubarbarum ⁊ expressiones addantur mãne aut cassie dissolute ⁊ fiat potus. ¶ Nunc calidum accipiat per horam ante diem super quo potest dormire per mediam horam. Deinde vigilet quousq3 pertransiuerint hore quinq3 ab hora assumptionis. In fine quaruz accipiat ciatũ brodij macri aut aque ordei cũ. ℥. ß. zucari rubei. Et inde ad horã comedat non grauando se multo cibo. ¶ Quod si pill'. essent magis grate quã medicina loco medicine suprascripte accipiat. ʒ. j. pill'. aggregatiuarum hora ⁊ modo de medicina superius scriptis. ¶ Assumpta suprascripta medicina si febris cessauerit bene est.

¶ Si vero remanserit tribus diebus post medicine assumptionem incipiatis sumere infrascriptum syrupuz. ℞. syrupi de bisantijs. ℥. j. acetose simplicis mellis rosati colati. añ. ℥. ß. aque absinthij aque cicoree aque apij. añ. ℥. j. misce iste est pro vna vice: Continuet ipsum sex diebus sumendo ipsum calidum in aurora si tunc temporis non fuerit principiũ paroxismi siue febris aut status vel eius augmẽtum. In quo casu differat ipsum assumere in declinatione febris. aut postquã fuerit declinata vt dictum fuit in modo accipiendi syrupum precedentẽ. ¶ Post completam assumptionez suprascripti syrupi immediate accipiat medicinam solutiuam vltimo descriptaz aut pill'. eo ordine ⁊ modo qui descriptus est. ¶ Quod si epar nimis in tali febre calefieret vngatur regio epatis ante prandium ⁊ cenã per horam vnam cum infrascripto vnguento. ℞. sandalorum alborum ⁊ rubeorum añ. ʒ. ij. spodij. ʒ. j. absinthij. ℈. ij. olei rosati. ℥. j. cere parũ ⁊ fiat vnguẽtum. ¶ Hoc vnguento taliter vti incipiat vt dictum est postquã sumpserit primam medicinam. ¶ Si vero stomacus esset debilis ⁊ nõ bene digereret vngatur ante prandium ⁊ cenam infrascripto vnguento: ℞. succi mente succi absinthij succi citoniorum añ. ℥. ß. olei de mastice olei de mirto olei de spica añ. ℥. j. buliãt oĩa simul vsq3 ad ɔsumptionẽ succoꝝ. deinde addat masticis aloes. añ. ʒ. j. cinamomi gariofilorũ. añ. ʒ. ß. cere albe. q. s. ⁊ fiat vnguentũ molle. ⁊ hoc taliter vti incipiat postquã primaz acceperit medicinã ⁊ inde cõtinuet. ¶ Sz si vẽter esset stiptic9 vtat alternis diebus clisteri superi9 scripto aut quotidie vbi opus sit. ¶ Si sitis valida esset teneatis in ore liquiriciã abrasam ⁊ parũ cõtusam postea infusaz in aqua ordei. aut nucleũ prunorũ. aut sebesten. vel zucarũ canditũz. Vel gargarizare aquã ordei. Aut sumere aliquid iulep violati cũ aq̃ ordei debite permixti. ¶ Si vero adesset vigiliarũ instantia ante cenã per mediã horã fiat ad tibias a genibus infra ⁊ ad brachia a cubitis versus manũ infrascripta locio. ℞. corticuz papaueris albi. m. ij. lactucarũ. m. j. aneti. m. j. ß. florum camomille. m. j. contundantur omnia contundenda ⁊ buliant in sufficienti quãtitate aque ⁊ fiat vt dictum est. ¶ Confectio qua vti posset in casu tali eẽt manus christi. Baueri9 ⁊c.

¶ De difficultate mingendi.

¶ Consilium 20.



Egritudo largo modo isti9 iuuenis est defectus in actione mingendi ꝓpter acuitatem vrine irritantis virtutem expulsiuaz. Concurrit etiam debilitas virtutis contentiue

tentiue

tentiue vt ex signis ab ipso habitis ⁊ hincinde per-
Cura. scrutatis satis plene patere pōt. ¶ Huiꝰ egritudi-
nis cura habet duobꝰ istrumētis dieta .s. ⁊ potiōe.
Dieta. ¶ Dieta consistit in debita administratione sex re-
rum non naturalium a quibus incipiam ⁊ primo ab
Aer. aere. ¶ Cauere debet ab aere vehementis calidita-
tis: ⁊ ab aere humido ⁊ nebuloso: pariter ab aere vē-
toso: ⁊ precipue flante austro. ¶ Eligat sibi aerē cla-
rum apertum declinantem ad aliqualez frigiditatē
Vestes. sed in qualitatibus passiuis ad temperiē. ¶ Et quia
vestes ad aerem reducuntur non teneat partes renū
nimis calidas neqꝫ adeo paruz tectas vt suscipiant
Ignis. frigus sed in omnibus moderationē sequatur. ¶ Ca-
ueat insuper ne ab igne partes renuz calefaciat nec
etiam taliter vt sol in eas imprimat sed in his omni
bus teneat renes moderate calidos aut parū ad fri-
Accidētia animi. giditatē declinantes. ¶ Caueat ab ira tristicia furo
re ⁊ sollicitudine gaudeat letet bene speret de salute
Somnus. sua ⁊ versetur cū amicis ⁊ dilectis. ¶ Somnꝰ sit de
nocte ⁊ nō de die sit primus sup latus dextrū. De-
inde reuoluat super sinistrū. Sed vitet somnū resu-
pinū super dorsum. Sitqꝫ sex aut septē horaruz nō
amplius octo nec minor quinqꝫ. Sitqꝫ corpore cōue
Motus. nienter pānis tecto ⁊ capite decenter eleuato. ¶ Fu-
giat omne exercitiū forte seu ambulando seu equi-
tando ⁊ omne aliud in quo renes laborant ⁊ p̄cipue
Fricatōes post cibū. ¶ Loco exercitij cōueniūt fricatiōes bra-
chiorū stomacho ieiuno cōuenit exercitiū modera-
tuz peditādo aut se manibus exercēdo ante prādiuz
Coitus. ⁊ ante cenā. ¶ Et quia coytus ad exercitiū reducit
caueat ab eo frequēter facto ⁊ p̄cipue cibo existēte
Cibi vitādi. in stomacho. ¶ Dimittere debet oīa cibaria diffici-
lis digestionis ⁊ mali nutrimēti ⁊ viscosi. Et oīa ci
baria vehemētis caliditatis aut salsuginis. Et om-
nez potū dulcē aut grossuz aut turbidū. ¶ Dimittat
panē azimū aut īdebite coctū. Et omne cibariū fa-
ctū ex pasta azima. ¶ Dimittat insup carnes boui-
nas caprinas ⁊ pecudinas ⁊ cutes ⁊ viscera anima-
liū quadrupedū ⁊ extremitates: ¶ Nō vtat pisciuz
viscosorū carnibꝰ cuiusmodi sunt tenche anguille ⁊
similia. ¶ Caueat a caseo p̄cipue antiquo ⁊ butiro: ⁊
ab oībus leguminibus vētositatē generātibus sicut
sunt fabe fasioli ⁊ silia. ¶ Dimittat herbas oēs cali-
das ⁊ siccas ⁊ tubera ⁊ fungos ⁊ fructus stipticos
Panis: cuiusmodi sūt coctana pruna ⁊ pira acria. ¶ Eligat
sibi panē ex farina mūda facta ex optimo tritico q sit
debite fermētatus ⁊ decēter coctꝰ sitqꝫ nō minoris
etatis vnius diei neqꝫ pluris triū aut quattuor die-
Carnes. ruz a quo eijciat cortex superior qn̄ comedit. ¶ Car-
nes sint ex ꝑdicibus fasianis turdis ⁊ reliquis aui-
bus degētibꝰ in pratis aut nemoribꝰ nō in paludi-
bus neqꝫ stagnis aut ex caponibꝰ iuuenibꝰ carnosis
nō pinguibus ⁊ gallinis iuuenibꝰ ⁊ pullis. ¶ Ex qua
drupedibꝰ vero cōcedunt carnes caprioli ⁊ leporis
iuuenis ⁊ edi vituli lactātis ⁊ castrati ⁊ agni annua
Pisces. lis a reliquis vero abstineat ⁊ he carnes meliꝰ pre-
pant elissate quā assate. ¶ Ex piscibus cōcedunt pi
sces parui squamosi degētes in aquis currentibus
bonis cuiusmodi sunt capedani trute lucij scardue
Oua. ⁊ reliqui similes ⁊ hi meliores sunt preparati super
craticula quā alio modo. ¶ Conceduntur oua sorbi-
Ex leguminibus. lia aut tremula recentia antiqua vero frixa aut du-
ra nocent. ¶ Ex leguminibus interdum conceditur
Ex herbis brodiū cicerū rubeorū far miliū ⁊ similia. ¶ Ex her-
bis ꝯcedunt spinacia blita attriplex cū qbꝰ misceat
modicum petrosili. ¶ Conceduntur fructus herba-
Ex fructibus. ruz cuiusmodi sunt capares melones ⁊ p̄cipue pars
melonis cui semina adiacēt ⁊ cucumeres. ¶ Ex fru-
ctibꝰ vero cōcedunt passule poma dulcia amigdale
excoriate pruna ceresa dulcia bene matura ante ci-

Vinuz. bum. ¶ Vinum sit album subtile pauciferum: mediū
inter dulce ⁊ ponticum. Qd si album cum his cōdi
tionibus haberi nō possit: habeat rubeum seu cisio-
lum. Qd si permixtione cū aqua indigeret limphet
Repletio cum aqua cisterne aut fontis clara. ¶ Cauere dꝫ ab
omni superflua repletione ⁊ precipue reruz prohibi-
Inanitio. tarum. Nocet etiā nimia inanitio ⁊ cibi abstinen-
tia. Non comedat vsqꝫ ad sacietatem. sed a mensa
surgat semper cum reliquijs famis. Nec comedere
incipiat nisi senserit preassumptum cibum esse di-
gestum. Et sit cōtentus vno aut duobus cibis. Et
Vomitꝰ. ab eo incipiat. Qd est faciliozis digestionis. ¶ Qd
si senserint stomachum grauatum curet vomitum
ꝓuocare cum vomitiuo. Qd sic fit. ℞. seminis atri
plicis seminis caulium seminis aneti an̄. ℥. ß. bulli-
ant in lib. iij. aque vsqꝫ ad cōsumptionem medieta
tis postea colet de colatura capiant. ℥. v. quibus
addant accetose simplicis. ℥. ij. ⁊ totum tepidum ⁊
nō calidum bibatur. Cuz biberit stet per tres quar-
tas hore: Deinde agitetur ⁊ moueatur. Et si vomue
rit bene est. Si nō premat linguam digito: aut im-
ponat pēnam oleo intinctā in guttur ⁊ agitando vo
mitum ꝓuocet. Deinde colluat faciem cū modica
aqua permixta cuz aceto ⁊ lauet os. Deinde ad me
diam horam prandeat aut cenet si vomitum fecerit
Beneficiū ante cenam. ¶ Curet quotidie habere ventris bene-
ficiuz bis aut saltē semel q si naturaliter haberi nō
Clistere. possit fiat cuz clisteri q sic fit. ℞. malue spinachia-
rum blite. an̄. m. j. decoquantur deinde coletur de
colatura accipiantur. ℥. xv. quibus addant cassie.
℥. j. benedicte. ʒ. iiij. olei violati. ℥. iij. salis. ʒ. ij. ⁊
calidum stomacho ieiuno supponatur.
Potio. ¶ Cura per potionem plures cōtinet intentiones.
Prima est materiei digestio. Scd̄a est eius euacua
tio. Tertia est diuersio. Quarta est renum ⁊ viaruz
vrine malicie cōplexionis remissio.
Prima intentio. ¶ Prima intentio cōpletur sic. ℞. syrupi de dua
Digestiuū bus radicibus syrupi violati an̄. ʒ. vj. aquarum se-
minum cōmunium frigidorum. ℥. ij. capil. ve. ℥. j.
misce. Iste est syrupus ꝓ vna vice sumat ipsum fri-
Scd̄a intētio. gidum in aurora ⁊ sic cōtinuet ipsum septē diebus.
¶ Scd̄a intentio adimpletur hoc modo. ℞. pill.
Eūatio. de benedicta. ℈. ij. pill. aureaꝝ descriptione Nico
lai. ℈. j. misce ⁊ cū electuario de succo ro. reformē
tur pill. vij. Istas pill. accipere dꝫ post completam
assumptionē syrupi ꝑ horas. ix. post assumptionem
cene imediate p̄cedentis. Sup quibus pōt dormire
Lauatiuū cū cepit eas vna hora. Deīde vigilet. Et surgat quo
ad trāseant hore. v. ab hora sumptionis. Et post ac
cipiat ciatuz vnum aque ordei frigide cū. ℥. j. zuc-
Medicina cari albi. Deinde ad horā comedat. Et nō se grauet
multo cibo. ¶ Qd si potus eēt sibi gratior quā pill.
sumat hanc medicinā eo modo de quo dictū est de
pill. ℞. liquiricie mūde ordei excoriati an̄. ℥. ß. flo-
rū violarū. ʒ. ij. seminis portulace seminis endiuie
an̄. ʒ. j. fiat decoctio de qua accipiat quātum suffi
cit ad dissoluendū cassie nouiter tracte. ℥. j. electua
rio de suco ro. ʒ. ij. ℈. ij. ⁊ fiat potus.
Tertia intentio. ¶ Tertia intentio sic cōpleatur. Diuertat materia
Fricatio. iuxta tertiā intentionē. Fiant fricatiōes ab humeris
vsqꝫ ad manus ante prandiū ⁊ ante cenā cibo dige-
sto. Et hmōi diuersiōes fiāt saltim alternis diebꝰ.
Vomitus. ¶ Itē ꝓuocetur vomitus cū vomitiuo q sic fit. ℞.
aque ordei lib. j. buliant in ea seminis atriplicis flo
rū aneti an̄. ℥. ß. vsqꝫ ad cōsumptionem medietatis
postea coletur ⁊ colature addat accetose simplicis
℥. ij. ⁊ tepidū bibatur. Et stet ꝑ mediā horaz ⁊ pri-
mat lingua ⁊ vomitus ꝓuocetur. Demū ad vnam
horā prādeat. Nō se grauādo multo cibo. ¶ Et hu
iusmodi vomitiuo taliter vtat post assumptionem

pill'. aut potus superius scriptorũ p quattuor dies
ꝛ sic cõtinuet semel in ebdomada.
Quarta intentio. ¶ Quarta intentio sic pficitur. ℞. trociscoꝝ alche
Elĩum. chẽgi sine apio. ʒ. ij. zucari vio. ℥. ij. zucari. ro. ℥.
j. specieꝝ triasandaloꝝ sine cãphora. ʒ. j. misce ꝛ cũ
syrupo vio. reducatur totũ ad formaƺ electuarij de
quo sumat ad quãtitẽ vnius castanee ante prandiũ
per tres horas. Et eo sic vti icipiat postquã assũpse
rit potũ aut pill'. pdictas per dies tres ꝛ taliter vtat
tribus dieb⁹ in ebdomada diebus itermissis. ¶ Itẽ
Unguẽtũ ℞. olei de mirto olei ro. añ. ℥. j. rasure eboris. ʒ. j.
sandaloꝝ rubeorũ coraloꝝ rubeorũ añ. ℈. j. semi
nũ cõmunium frigidoꝝ seminis malue añ. ℈. ij. ce
Julep. re albe parũ ꝛ fiat vnguentũ molle cum quo vngat
loca renũ ꝛ partes pectinis ꝛ virge. ¶ Itẽ aque mel
lis lib. iiij. in quibus buliant florum sticados. ℥. j.
prasij. m. j. cuscute. ℥. ß. carui anisoꝝ añ. ʒ. ij. cõ
tundant cõtundenda ꝛ incidant incidenda ꝛ buliãt
vsqƺ ad cõsumptionez medietatis postea colet ꝛ co
latura addatur mellis quantum sufficit ꝛ fiat iulep
longum sumat. ℥. iiij. in aurora. ¶ ℞. pill'. de yera
Nicolai pill'. aggregatiuarũ. añ. ʒ. ß. fiant pill'. vij.

¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ De stupore in ambabus tibijs.

¶ Consilium 21.

Casus: Spectabilis vir Franciscus de Triachi
lis patit stuporem in ambabus tibijs a su
Accidẽtia ris vsqƺ ad pedis medietatem. ¶ Huic su
periori cõiungitur debilitas neruoꝝ ti
biarũ quare nõ nisi magno cũ labore põt rect⁹ sta
re sed genuflexus minus laborat. ¶ Sunt iste dispõ
nes antique iã sunt. vij. ãni ꝛ vltra quib⁹ ceperunt
ƺ a quattuor annis citra vise sint augmentari.
Causa. ¶ Harũ dispositionũ cã imediata est mala cõpl'o
frigida ꝛ humida cum materia faciente opillatio
nem ꝛ prohibẽte debitũ transitũ spirituũ sensitiuo
rum ꝛ motiuoꝝ ad neruos ꝛ eadẽ mala complexio
ipsos spirit⁹ alterat a sua debita dispositiõe ad di
spositionẽ nõ cõuenientẽ sensui neqƺ motui ob quã
causaƺ he operationes in dictis partibus sunt lese.
¶ Dispositiões pdicte note sunt ex qd nominis stu
por ꝛ debilitas. Neruoꝝ causas cognoui ex signis
essentialib⁹ ꝛ sufficiẽtib⁹ q̃ breuitatis cã nõ refero.
Difficl'tas cure. ¶ He dispositiões sunt graues ꝛ defficiles. Naƺ
neruoꝝ egritudines nõ nisi forti medicina curant
vt refert Jo. Mesue aucto. Gal. i suo de appropria
tis. Est etiaƺ difficilior quoniã antique sunt pterea
Auic. multũ periculose. Unde. Aui. secunda tertij cap. de
stupore. Et omnis quidem stupor omnis membri cũ
perseuerat ꝛ sit fortis nunciat paralesim aut spasmũ
aduenientem ei. Et parum infra. Et scias cũ stupor
perseuearat ꝛ non remouet ipsum euacuatio deinde
succedit ei vertigo anunciat paralesim. Et tertia pri
mi summa octaua cap. j. Quando multus in toto
corpe fuerit salt⁹ regat flegmatƺ euãtio ne hoc hñs
spasmũ icidat ꝛ apoplesiã. Et silr cũ pdurauerit vt
sensus sint turbidi ꝛ motionũ assit dbilitas cũ reple
tiõe. Et parũ ifra. Cũ mẽbris multotiẽs accidit vt
sensus amittat regat cui hoc accidit cũ euãtõe fleg
matis ne ad palesim pueniat. ¶ Affirmat istũ specta
bilem viruƺ aliquãdo qñ ẽ iuxta ignem caligas ve
hemẽter calere q vix sensus man⁹ eã suffert calidi
tatem tunc vero tibie minime eã pticipant calidita
tem quapropter magnum studium cum omni dili
gentia adhibendum est ne incideret aliquã egritu
dinem quas supradicte dispositiões pnosticantur.
Ordo cõsilij. ¶ Cura istius egritudinis poti⁹ dispositionũ duo
requirit instrumẽta medicinalia dietã. s. ꝛ potionẽ.
Dieta. ¶ Dieta cõsistit i debita administratione sex rerũ
Aer. non naturalium a quibus incipiam. ¶ Et primo ab

aere ꝛ sibi ãnexis. Caueat ab aere frigido ꝛ humido
ꝛ etiam multum frigido dato q esset siccus: Idem
dicendum est de regione de ciuitate de camera. Sit
igitur locus habitationis eius expositus plage oriẽ
tali aut meridionali ꝛ sit calidus ꝛ siccus: Et sit ca
mera a terra eleuata neqƺ sit antiqua habens edifi
cia neqƺ testitudinales reuolutiões lapidum. Sitqƺ
remota a cursibus aquarum ꝛ flatu ventorum: pre
cipue meridionaliuƺ. Sit aer clarus boni odoris ca Ign
lidus ꝛ siccus. Quod si naturaliter haberi nõ possit
talis fiat arte cum igne i camera incenso cum lignis
iuniperi vel lauri vel sauine ꝛ similib⁹ odoriferis li
gnis sicut iuniperus rosmarinus. ¶ Et fiant suffumi Suff
gationes cum laudano aut storace thure sandaraca
vel granis iuniperi ꝛ similibus. ¶ Sit vestibus con Uest
decenter munitus ꝛ suffultus pellibus pro qualita
te tẽporum. ¶ Et caueat a frigore pedum omnino ti
biarum ꝛ capitis ita q secundum temporum varie
tatẽ variet birreta ita q caput a frigore munitũ sit.
¶ De accidentibus animi. Caueat ab ira tristitia Accid
furore ꝛ breuiter ab omnibus anime accidentib⁹ vir anim
tutem debilitãtibus ꝛ distrahentibus ipsam a suis
operatiõibus. Cõuenit letari gaudere de salute sua
bene sperare ꝛ cum dilectis amicis versari. ¶ Et q Coitu
coytus ad accidentia animi reducitur propter dele
ctationem quam homo in eo percipit dico q ab eo
caueat ꝛ non vtatur nisi per longa interualla ꝛ tunc
digestione completa.
¶ De motu ꝛ quiete. Exercitium oẽm forte nocet Motu
eo q nerui tibiarum sunt debiles ꝛ forti motu dis
soluitur virtus ꝛ redditur impotentior. Et exercitiũ
omne post cibum factum est malum. Conuenit cum
cibatus fuerit leuis ambulatio faciens cibum ad sto
maci fundum descendere. Et ante cibum fiat exerci
tium parum fortius adeo vt corpus calefiat ꝛ vene
intumescant. ¶ Quod si tibie per tale exercitium la
xarentur multum dimittendum esset. ¶ Exercitium
brachiorum cõuenit pedibus quiescentibus ꝛ tibijs Fricat
nam tale diuertit ab inferiorib⁹ ad superiora. ¶ Lo
co exercitij cõferunt fricationes brachiorum stoma
co ieiuno cũ panno lineo calefacto ꝛ capitis pectina Quie
tio cum leui fricatione. ¶ Noceret etiam multa qui
es calorem naturalem ebetando. Sed quies sit tem
pore exercitij prohibiti. Et tunc cum quiescit caueat
ne tibie sint multum pcliues ne per talem situm hu
mores ad inferiora declinẽt. Somn
¶ De somno ꝛ vigilia. Caueat a somno nimio ꝛ a
somno super repletione non tñ nimis nocent super
flue vigilie. Sitqƺ somnus de nocte ꝛ nõ de die. Et
primo super latus dextrum. Deinde super sinistruƺ.
Sitqƺ capite bene eleuato. Et corpore pãnis cõueni
enter tecto. Sitqƺ septem aut octo horarum nõ mi
nor sex neqƺ amplior octo horis. Nec prius incipiat
dormire quam fluxerit hore due a fine cene. ¶ Si ca
sus cõtingeret ne in nocte dormire possit dormiat i
die añ prãdiũ. ¶ Quod si tũc dormire nõ possit dor
miat post prãdiũ saltem p horã cũ dimidia. ¶ Caue
at insuper cũ est i lecto a plurib⁹ reuolutiõibus mõ
ad vnum lat⁹ mõ ad aliud. nam talis motus est cã
corruptionis cibi in stõ ꝛ i corpore toto faciũt sup
fluitates augere. ¶ Dimittat insup resupine dormi
re ne supfluitates ad nucã defluant.
¶ De cibo ꝛ potu. Nocẽt oẽs cibi frigide ꝛ hũide Cibi m
cõplexiõis ꝛ difficilis digõnis aut mali nutrimẽti
q̃les sint tales cognoscet p cibos q cõcedent. ¶ Cib⁹ Cibi bo
cõueniẽs in q̃litatib⁹ suis dƺ eẽ calid⁹ ꝛ sicc⁹ subti
liatiu⁹ apitiu⁹ abstersiu⁹ ꝛ mundificatiu⁹. Tales. n.
vtutes ꝛ opões necessarie sũt vt aduersent lapsui q
frid⁹ ẽ ꝛ hũid⁹ vt ƺrient materie q̃ grossa ẽ pp subti
litatẽ ꝛ vt vie reddãt apte q̃ opillate sũt a mã viscosa:

ꝛ q:

⁊ q᷑ materie partibus mēbrorum sunt affixe requi/
runt abstersionē: ⁊ q᷑ vie ⁊ canales in quibus dicte
materie cōtinentur sunt aperiēde si materie euacua
ri debent. Et hoc quidez perficitur per virtutē ape

Vinum.

rituam incisiuam ⁊ abstersiuam in quibus apparet
nō facile esse bene hūc virum dietare. ¶ Vinum sit
colore album aut colore granatorum potētia pauci
ferum medium inter dulce ⁊ pōticum sitqꝫ vinꝰ āni
aut saltem sex mēsium. Qd̄ si vinosum esset permi/
sceatur cum aqua cisterne plus aut minus fm vini
potentiam. Laudabilius tamē est pauciferum quaz

Aq̄ mell'.

vinosum ne opus sit tanta aqua permisceri. ¶ Si lo
co vini vteretur aqua mellis facta ex decem parti
bus aque ⁊ vna mellis dispumati clari ⁊ bulierit vs
qꝫ ad cōsumptionem quarte partis aque ⁊ optime
dispumatur ⁊ vltimo aromatizetur cum modico ci

Panis.

namomi optimum esset precipue a principio Nouē
bris vsqꝫ ad principium Martij. ¶ Panis sit ex fa/
rina optimi frumenti in quo nihil penitus sit lolij ne
qꝫ sit ex toto a furfure munda sit bene coctus ⁊ debi
te fermētatus: in cuius compositiōe sit modicuz sa
lis sitqꝫ duorum aut trium dierum ⁊ nō comedat

Carnes:

calidus quādo a furno extrahitur sed sit iam infrigi
datus. ¶ Ex carnibus cōueniūt perdices fasiani tur

Domesti, c.

tures turdi merule ⁊ aues parue degentes in nemo
ribus ⁊ nō in paludibus. ¶ Et ex domesticis carnes
caponum gallinarum iuuenuz pullorum ⁊ pipionū

Siluestres

volare incipiētiū ⁊ pcipue querētiū victū extra do
mum. ¶ Ex quadrupedibus siluestribus cōueniunt
carnes caprioli leporis iuuenis cuniculi ⁊ apri iuue
nis. ¶ Ex domesticis capreti castrati vituli ⁊ he car
nes melius preparātur elixando cuz radice apij aut
feniculi vel sparagoruz aut cum ciceribus rubeis in
sero tamen possunt assari aliquādo. ¶ Dimittat ho

Pisces.

rum animalium viscera ⁊ pinguedinem cutes ⁊ ce/
rebrum. ¶ Pisces nō cōueniūt nisi rarissimo vsu: ⁊
tunc sint parui squamosi capti in optimis aquis si/

Oua.

cut in aquis dulcibus. Capedani trute carpiōes lu/

Legumia

cij in salsis trilie aurate passeres. ¶ Cōcedūtur oua
sorbilia recentia aut tremula. ¶ Ex leguminibus cō
uenit brodium cicerum rubeorum decoctorum cuz

Herbe.

modico saluie ⁊ rorismarino milium panicum ⁊ fer
culum ex spelta pilata factum. ¶ Herbe quibus vti
potest sunt saluia feniculus caules petrosillus maio

Acrumia.

rana menta serpillus rosmarinus cicorea. Si vero

Fructus.

vtitur blita aut spinacijs nō nisi cuz predictis. ¶ Di
mittat acrumina omnia vt cepe porri. ¶ Ex fructibꝰ
concedūtur passule amigdale ⁊ auellane parū prius

Repl'o.

torrefacte a ceterꝫ abstieat siue cocte sint siue crude:
¶ De inanitione ⁊ repletione. Omnis nimia reple
tio siue cibi aut potus nociua est: quapropter a men
sa surgat cum reliquijs famis. Et potus tātus sit ne

Vomitus.

cibus in stomacho exundet. ¶ Si in quantitate cibi
cōtigerit excedere ⁊ stomachus grauaretur aut sto
machus repletus non bene digereret si vomitꝰ nō
sit ei multum difficilis prouocetur sumēdo ciatum
aque decoctionis raphani ⁊ florum aneti cum fue/
rit tepida aut sumat. ℥. ij. oximellis simplicis cū de
coctione tepida raphani: nam huiusmodi vomitus

Beneficiuz.

diuertit materiam ⁊ euacuat. ¶ Curet omni die ha/
bere vētris beneficium bis aut semel ⁊ si nō potest
naturaliter habere habeat arte cuz clisteri qd̄ sic fit.

Clistere.

Recipe malue florum camomille melliloti aā. M.
j. cartami. ℥. j. ß. fiat decoctio de qua accipiantur
℥. xv. quibus addantur cassie. ℥. j. yerepigre. ʒ. vj.
olei. ℥. iij. salis. ʒ. iij. ⁊ calidum stomacho ieiuno ad
ministretur: vel fiat suppositoriū ex melle ⁊ sale aut

Regimen medicinale.

ex radice raphani infuse in aqua salita aut ante ci/
bum sumat a. ʒ. ß. vsqꝫ ad. ℈. ij. pill'. elefanginarū.
¶ Regimē medicinale quinqꝫ habet intētiōes. Pri

ma est materierū minoratio. Scd̄a est eiusdē digō.
Tertia est ipsius eradicatio. Quarta est materieruz
diuersio. Quinta est male cōplexiōis tibiaꝝ ⁊ par/
tium pedū remotio ⁊ ipsaꝝ partium cōfortatio.

Pria intē tio. Minora/ tiuum.

¶ Prima intentio sic completur. Recipe agarici
electi. ʒ. j. ß. salis gēme. ʒ. ß. zinzi. ℈. j. pulueris sti
cados. ʒ. ß. hermodactilis. ʒ. j. anisorum. ℈. ij. inci
datur subtiliter agaricus ⁊ reliqua pistentur ⁊ isun/
dātur in. ℥. iiij. aque saluie ⁊. ℥. j. cassie nouiter tra
cte cum. ʒ. vj. zuccari rub. Et sic ad minus p octo
horas maneant deinde calefiat fortiter ad ignem et
coletur facta bona expressione ⁊ colatura calida ex/
hibeatur per octo horas post finem cene precedētis
super quē potū pōt per horā dormire cuz acceperit
deinde vigilet donec trāseāt hore. v. ab hora sum/
ptiōis: ⁊ tūc accipiat. ℥. j. zuccari ru. cū medio cia
to brodij macri ⁊ īde ad horā cōedat. Qd̄ si pill'. sibi
eēnt gratiores accipiat. ℈. ij. pill'. d̄ sarcocolla mōis
⁊ ordībus iā dictis in minoratiuo ī forma potabili.

Scd̄a itē tio. Digestiuū

¶ Secūda intētio sic cōplet̄. Digerat̄ materia iu/
xta intētionē scd̄am hoc mō. R̄. syrupi de sticados
℥. j. mell'ros. collati syru. de duabꝰ radicibꝰ aā. ℥.
ß. aq̄ saluie mellisse betonice. aā. ℥. j. iste ē p vna vi
ce det̄ calidꝰ in aurora sup quē pōt ad placitū dor
mire ⁊ ꝯtinuet ipm octo diebꝰ aut tādiu dōec digō
apparuerit in vrina medico pn̄ti qua apparēte eradi
cetur materia iuxta tertiā intētionē q̄ sic cōplet̄.

Tertia in tentio. Eradicati uum.

¶ Tertia intētio sic cōplet̄. Recipe pill'. de sarco/
colla descriptione maiori Mesue in suo antidota/
rio. ʒ. j. fiant pill'. vij. aut accipiatur. ʒ. j. pill'. cochia
rum descriptiōe Rasis. 9. Almansoris aut accipiat
minoratiuum in prima intētione descriptum in au/
cta dosi agarici fm qd̄ visuz fuerit presenti medico.
Quodcunqꝫ istorum solutiuorum acceperit sumat
modo ⁊ ordine qui dicti sunt in assumptiōe minora
tiui prime intentionis. Et huiusmodi minoratiuum
quodcūqꝫ fuerit sumat in die īmediate sequēti post
completam apparitiōem digōnis materie.

Ordo pro balneis. Syrupus

¶ Si decreuerit ire ad balneū petrioli. Recipe ge
leniabin syrupi sticados aā. ℥. ß. syrupi de bisancijs
ʒ. vj. aquarum absinthij aque feniculi aque lupullo
rum ana. ℥. j. misce iste est syrupus pro vna vice.
istum syrupum accipiat calidum in aurora ⁊ taliter
cōtinuet per dies sex aut octo. ⁊ eo sic vti incipiat i

Pill'e.

fine mensis Augusti. Recipe pill'. de yera composi/
ta siue Nicolai. ʒ. ß. pill'. de sarcocolla descriptiōe
Mesue. ℈. j. misce ⁊ fiant pill'. v. istas pill'. sumat p
horas. ix. post finē cene īmediate precedētis in die
sequēti imediate ad diem cōplete sumptiōis supra/
dictorum syrupoꝝ super quas potest cum ceperit p
horam dormire deinde vigilet donec trāseāt hore
v. ab hora assumptionis suprascriptaruz pill'. ⁊ tūc
accipiat. ℥. ß. zuccari rub. in. ℥. vj. aque ordei cal'e
⁊ inde ad horam prandeat.

Quarta in tentio. Diuersiuū

¶ Quarta intentio sic cōplet̄. Diuertat̄ materia
cum aliquo vomitiuo vt suprascripto cū clisterio vl'
faciēdo fricatiōes ad brachia ⁊ ad spatulas ⁊c.

Quinta in tentio. Ab intus.

¶ Quinta intētio. Varijs completur instrumentis
ab intus ⁊ ab extra administratis. ¶ Ab intus reci/
piat quādo vadit dormitum. ʒ. ij. diacori aut tātū
dem acori conditi cōfert etiam sumere. ʒ. j. tyriace
aut mitridati post finem cene ad octo horas: deinde
stare septem horas antequā comedat. ¶ Pōt etiaz
sumere. ʒ. ij. ß. talis electuarij per tres horas aut q̄t
tuor ante prādium: Recipe specierum diambre spe
cierum diamusci dulcis. ana. ℈. ij. specierum dia/
galange. ʒ. j. zuccari albi quantum sufficit: ⁊ cum
aqua acori fiat electuarium istorum confortatiuum
sumat modo vnum modo aliud. ¶ Ab extra vero

Ab extra.

sic fiat. Recipe lixiuij panni locij quantum sufficit

Lotio. pro lotione pedum ⁊ tibiarum in quo prius buliant
saluie radicum: radicum vrtice folio℞ lauri ⁊ lotio
fiat stomacho ieiuno. Et ipsum facere incipiat per
duos dies postq̃ sumpserit medicinã eradicatiuã.
Et eam faciat semel in die ⁊ ipsam cõtinuet p dies
Unctio. quinq̃. ¶ Cũq̃ lotus fuerit inungat partes debiles
post ea℞ exsiccationẽ cũ infrascripto medicamine.
Recipe olei de costo olei de yreos. añ. ℥. ß. storacis
sicce laudani añ. ʒ. j. cere rubee parum ⁊ fiat vnguẽ
tum molle quo vngat̃ cũ manu calida. deinde sup/
Stupha. ponat̃ lana succida leuiter carpinata. ¶ Postea vta
tur alio medicamine q̃ sic fit. Recipe betonice vie
flo℞ sticados arabici saluie serpili maiorane añ. m.
j. acori radicum yreos. añ. ℥. ij. carui anisorum sise
leos añ. ℥. j. pistẽtur pistanda ⁊ incidãtur incidẽda
⁊ buliãt in vino albo mediocris fortitudinis. deide
superponãtur tibie ⁊ pedes fumo predicta℞ rerum
ipsis superius stãtibus copertis ⁊ stuphẽtur. Q̃d si
vinũ infrigidat̃ nimis cito habeãtur lapides fluuia
les igniti ⁊ ponãtur in dicto vino ⁊ recipiat̃ fumus
vt dictum est. Cũq̃ sic fecerit per sextã partẽ vnius
hore exsiccentur tibie ⁊ pedes cum pãniculo calido.
Unctio. ¶ Deinde vngat̃ cũ infrascripto vnguẽto manu ca
lida. Recipe dialtee marciaton vnguenti agrippe
añ. ℥. ß. postea superponat̃ lana succida carpinata.
¶ Hmõi stupha cũ vnctiõe fiat ante cenã ⁊ eam te/
neat taliter per totam noctẽ. ¶ De mane vero quan
do surgit lauet cum vino decoctionis supradicta℞
re℞ postea calceis duplicatis calcietur ita vt ad pe
des neq̃ ad tibias frigus suscipiat. Et hmõi medi/
camine taliter cõtinuet per decez dies in fine: quo℞
si nõ fuerit curatus redeat ad syrupos post quos fi/
at eradicatiuũ ⁊ faciat reliqua sz q̃ hic sunt descri
pta. ¶ Laudo etiam pro hac intẽtione balneum sul/
fureum cuiusmodi est balneum petrioli ⁊ sancti phi
lippi comitatus senarum nam stare cum pedib⁹ ⁊ ti
bijs in predictis balneis esset prestantis iuuamẽti tẽ
pus eundi est ad finem Aprilis vel ad finẽ Augusti
corpore prius purgato vt scriptum est.

¶ De lepra. ¶ Cõsiliũ 22.



Nõnullis dictum est nobilem virum do
minum Franciscum esse leprosum quod
an verum falsum ve sit declarabitur. Si
primo signa generis lepre tã incipiẽtis q̃z
p̃cedẽtis ab illustrib⁹ docto. posita p̃curram⁹ deide
vt clarius fiat quod queritur signa cuiusq̃ spẽi sub
iungemus.

Signa le/ ¶ Incipiã igit̃ a signis generis lepre incipiẽtis q̃
pre. ab Auic. ponũtur tertia primi trac. 3. c. 1. Q̃ñ icipit
Auic. lepra incipit fieri color rubeus tendẽs ad nigredinẽ
Primuz. q̃r a principio nõ est facta multa adustio. Et iõ san/
signum. guis nõ est a sua natura multũ permutatus. Cũ co
tamẽ sunt vapores nigri ab humoribus qui adurũ/
tur resoluti. ⁊ etiam alique p̃tes aduste p̃pter qua℞
causam sanguis ad nigredinem vergit. Cum autem
color corporis fiat ex colore spermaticoru℞ membro
rum ⁊ sanguinis sumendo sanguinem pro massa hu
morali resultat color rubeus propter sanguinis in/
tentionem tendens ad nigredinem propter causam
assignatam. Representatur autem talis color ma/
gis in facie q̃z in alijs membris propter multitudi/
nem venarum in facie existentium ⁊ subtilitatem cu
Auer. tis ⁊ eius raritatem. ¶ Auerroys addidit cu℞ tali co
Guliel. lore est aliqualis inflatio in facie. Et Gulielmus de
placentia lib. tertio sue practice capi. ix. Dixit hee
egritudines grossum siue algale ⁊ saphati: videlicet
rubedo faciei cum pustulis humidis vel siccis ma/
le sunt ⁊ timende: quia in eis semper peccat mate/
ria salsa vel melancolica adusta. Et per modum et
naturam eorum dant significationes ad lepram ⁊
sunt egritudines preambule ad futurã lepram. ¶ Se
cundum signum apparet in oculis obfuscatio ad ru
bedinem declinis. Et hoc propter causam supra as/
signatam quoniaz sanguis caliditate vrente in prin
cipio incenditur cui vapores adusti permiscentur ⁊
talis in oculis color representatur. ¶ Tertium ⁊ ap
paret in anhelitu strictura. Et hoc p̃pter caligines
narium que exsiccantur ⁊ motui fiunt inobedien/
tes. nam incendiũ additur ⁊ durities ⁊ repletio ma
terierum grossarum scilicet adustarum vnde anhe/
litus strictura contingit. ¶ Quartum ⁊ in voce rau
cedo causa nocumenti pulmonis nam propter fu/
mos adustos canna pulmonis exasperatur. ¶ Huic
signo addidit. Aueroys colliget quarto vocis gros
sitiem. ¶ Quintum multitudo in sternutatione. Et
propter vapores caput petentes ⁊ miringas cerebri
eorum acuitate irritantes. ¶ Sextum et apparet in
naso gametu idest dispositio qua homo videtur lo
qui p nares. Fit eniz strictura nariũ ex siccitate me
lãcolica illic expulsa vl' cãta. Et fortasse fit. s. strictu
ra ⁊ casam. i. in carunculis que assimilantur popil/
lis. Et fortasse fit strictura ⁊ cassamu. i. viciũ i nari/
bus quasi velit dicere q̃ i lepra multiplex vicium i
narib⁹ põt accidere: scilicet ex polipo ex veruca i na
ribus orta ⁊c. ¶ Septimum ⁊ incipiũt capilli in sub
tilitatem ⁊ paucitatem. peruenire nam multi cadũt
ex corrosiõe in radicibus capillorum ab humore ma
lo ⁊ pauci renascuntur propter paucitatem boni fu/
mi conuertendi in capillos qui renascũtur sunt sub
tiles graciles propter stricturam pororum que fit a
siccitate humoris melancolici lepram facientis hoc
tamen signum poni potest potius lepre precedentis
quã iniciantis. ¶ Octauum apparẽt vene in corpo/
re ⁊ parte faciei. Ratio est quoniam est incendium
in partibus ⁊ propter illud mouentur materie ad il
las partes vnde replentur vene tali sanguine nigro
grosso quem mẽbra renuunt pro nutrimento. ¶ No
nuz ⁊ est odor corporis ⁊ proprie in sudore ⁊ odor an
helitus ad fetorem declinis. ⁊ hoc est propter cor/
ruptionem humorum ⁊ derelictionem aliquarum
partium a regimine nature ⁊ debilitatem caloris
naturalis. ¶ Decimum apparẽt humores melãcolici
mali ⁊ dolosi qualis sunt qui apparet in melancoli/
cis. nam melancolia sic disponit ⁊ tanto magis quã
to est magis extraneata. ⁊ preter naturam. Et preci/
pue si adest effumatio vt hic. ¶ Undecimuz. Et mul
tiplicantur in somno quasi somnia melancolica pro
pter causas dictas. ¶ Duodecimum ⁊ sentit in som/
no quasi super corpus suum grauedinem maximã.
Nam in ipsis virtus est debilis ⁊ hũores grossi gra
ues ⁊ terrestres. ⁊ eorum multitudo in ambitu toti⁹
⁊ precipue circa spiritualia ⁊ extrema. ¶ Istis signis
adducit quidam q̃ apparẽt macule ad liuidinem tẽ
dentes que i corpore sepe apparent sed parum morã
tur ⁊ recedunt ⁊ adducit in corpore accidere impe/
tigines magnas ⁊ morfeam nigram. ¶ Nonnulli di
cũt de quorum numero est Gilibertus anglicus li
bro septimo sue practice q̃ lepre signum primum est
insensibilitas mansiua intrinsecus veniens ⁊ maxi/
me extremorum digitoru℞ tam pedum quam manu
um scilicet minimi ⁊ sibi proximi ⁊ musculi extremi
a parte digiti minoris vsq̃ ad cubituz. ⁊ quandoq̃
ad humerum ⁊ pedum similiter vsq̃ ad genu ⁊ quã
doq̃ supra. Et addit infrigidatio in omnibus predi
ctis locis signũ est ⁊ q̃ñq̃ maior quaz i alijs. Et hec
infrigidatio q̃ñq̃ iuenit̃ sine cã manifesta exteriore
ita vt sit quibusdã valde mãsiua q̃ si accesserit cã ex
terior ĩfrigidãs de leuissimo frigẽt loca dicta ita vt
sepe

ſepe a lenibus caſibus infrigidãtibus fiat ibi fortis
inſenſibilitas ⁊ fornicatio in fronte palato ligua ge/
nis ⁊ palpebꝛꝫ pꝛio quaſi formicaꝝ poſtea quaſi pun
Guliel. ctura acuũ. vltimo quaſi punctura armorũ maioꝝ:
¶ Gulielmus de placẽtia lib. tertio cap. xxij. ſue pꝛa
ctice dixit ſigna cõmunia in lepꝛa ſunt pꝛurit⁹ mẽ/
bꝛorum cũ ſcabioſa diſpoſitione ⁊ ſiti ⁊ ardoꝛe ve/
Signa le/pꝛe ꝓcedẽtis. hementi ⁊ aſperitate totius coꝛpoꝛis.
℄ Signum lepꝛe pꝛocedẽtis ſiue ad augmẽtũ eun/
tis. ¶ Pꝛimum eſt ſparſio in capillis ⁊ diuiſio ⁊ mi
Primuꝫ. nutio in eis: ⁊ caſus diuiſio fit in lepꝛoſis ꝓpter ma
terie cõſumptionem continuantis pilum eo modo
quo videmus in fine Octobꝛis ſpargi ⁊ cadere folia
ab arboꝛibus carentia nutrimẽti hoc magis facie ⁊
Scðm. capiti cõtingit quã ceteris partibus ꝓpter plures
fumos in ipm recipi qꝫ in alijs partibus. ¶ Secun/
dum quãdoqꝫ diſlocatur capilloꝛuꝫ locus ꝙ nihil
Tertium. aliud eſt niſi infixio piloꝛu min poꝛis abſqꝫ materia
cõtinuãte eos nam leni fricatione cadunt. ¶ Tertiũ
⁊ ſcindũtur vngues ex nimia aduſtione ⁊ ſiccitate ⁊
Quartuꝫ. terreſtritate ſicut in terra euenit q̃ pꝛio fuerat humi
da ſi forti caliditate exſiccatur ſcindit̃. ¶ Quartum
incipit foꝛma fieri feda. ⁊ facies fit hoꝛribilis ꝓpter
oꝛgana ⁊ inſtrumenta faciei que permutantur: aut
ad aſpectum leonis aut ad modum tyri vt de ſpe/
cie vna lepꝛe videbitur. Et coloꝛ denigratur ſcilicet
coꝛpoꝛis coloꝛ coꝛpoꝛis vt ſecundo tegni patet reſul
tat ex coloꝛe membꝛoꝛum ſpermaticoꝛum que albe
dini attinent ⁊ ex coloꝛe materie que per venas dele
gatur. cum igitur talis materia ſit nigra: qꝛ aduſta
denigrat̃ coloꝛ foꝛma fit hoꝛribilis ſiue per foꝛmam
intelligas coloꝛem ſiue intelligas totius habitudi/
Quintuꝫ. nem. nam talis foꝛma fit hoꝛribilis a mala comple/
xione coꝛrumpẽte. ¶ Quintum ⁊ incipit ſanguis cõ
gelari in iuncturis ⁊ putreſit. Et hoc pꝛopter calo/
ris naturalis debilitatem quem acquiſiuit per viaꝫ
Sextum. aduſtionis ⁊ putreſit: quia a regimine nature deſti/
tutus. ¶ Sextum additur difficultas ⁊ conſtrictio
anhelitus donec perueniat ad difficultateꝫ vehemẽ
tem ⁊ diuiſiuam magnã. Cauſa eſt neceſſitas aucta
⁊ inſtrumenti ſcilꝫ pectoꝛis inobediẽtia ⁊ debilitas
Septimũ. virtutis cõſequentis malitiam complexiõis. ¶ Se
ptimum ⁊ peruenit vox in fine raucedinis. Hui⁹ rei
Octauuꝫ. cauſa ſuperius apparuit. ¶ Octauum ingroſſant̃ la
bia ⁊ denigrantur quod accidit a materia recte ad
ipſa labia mota ⁊ ex facilitate qua in ipſa labia im/
bibitur. nã labia ſatis rara ſunt ex ſuo modo com/
poſitionis iuuat ad hoc multitudo venarum ad ip/
ſoꝛum compoſitionem venientiuꝫ vt in anothomia
videtur. Ex qua apparet quare denigrãtur. nã ma/
teria que ibibitur eſt nigra: quia aduſta vnde labia
Nonum. ex ſui pꝛeſentia denigrantur. ¶ Nonum ⁊ appet ſu/
per coꝛpus additio glandoſa ſimilis animali qð gre
ce nominatur ſathos eſt animal quoddaꝫ quod ſub
vꝛceis aquarum reperitur ⁊ rotundatur. cum tangi
tur ⁊ fit durum in coꝛpoꝛibus lepꝛoſoꝛum ſub cute
fiunt quedam tuberoſitates rotunde dure ad tactuꝫ
Decimũ. ex melancolia que ſua qualitate coagulatur. ¶ Deci
mum deinde incipit coꝛpus vlcerari: quoniaꝫ lepꝛa
eſt non quieta. Vlceratur autem pꝛopter malitiam
auctam. hec autem eſt aduſtio modi ſpecie lepꝛe in
ꝓceſſu fit vlceratio maioꝛ tam in vna ſpecie qꝫ in
Vndeci/mum. alia ſicut in ſignis ſpecierum apparebit. ¶ Vndeci/
mum ⁊ coꝛroditur cartilago naſi. Et hoc pꝛopter
materias aduſtas que ad naſi cartilaginem deſcen/
Duodeci/mum. dunt aut coꝛroduntur membꝛa carnoſa cuꝫ quibus
naſi cartilagines continuantur. ¶ Duodecimum de
inde cadit naſus ⁊ eius extremitates ⁊ fit virus fe/
tens. ¶ Cauſa ſatis intelligi poteſt per ea que dicta
ſunt in ſigno pꝛecedenti virus fetens poteſt ex naſo

currere ⁊ ex alijs etiã partibus vlceratis eo ꝙ mate
ria que eſt lepꝛe cã coꝛruptiſſima ẽ. ¶ Tredecimum ⁊ 13.
reddit vox ad occultationẽ ⁊ hoc eſt pꝛopter debili
tatem virtutis ⁊ coꝛruptioneꝫ oꝛganoꝛum vocis cõ
firmata. ¶ Decimumquartũ ⁊ tunc iã non remanẽt 14.
pili. Et hoc quidẽ accidit pꝛopter vltimatã conſum
ptionem materierum quibus continuant̃ pili cutis.
¶ Decimumquintũ ⁊ denigratur coloꝛ valde quod 15.
quidem contingit ex vltimata aduſtione. ¶ Decimũ 16.
ſextum ⁊ pulſus quidem lepꝛoſi eſt debilis pꝛopter
debilitatem virtutis ⁊ paucitateꝫ neceſſitatis cum
egritudo ſit frigida ⁊ tarda non velox pꝛopter debi/
litatem frigoꝛis ⁊ fit neceſſaria ſpiſſitudo cũ non ſit
velocitas nec magnitudo. ¶ Hoc quod de pulſu di Pulſus.
citur maxime in pꝛoceſſu verificat̃ quando virtus
eſt multum debilitata ⁊ caloꝛ naturalis paucificat⁹
⁊ humidum radicale conſumptum eſt materia ter/
reſtrificata ⁊ infrigidata nã caloꝛ naturalis ſuffoca
tur ⁊ ſuccumbit pꝛopter nimiã materiã melancoli
cam multiplicatam ⁊ non ẽ velox ſcilicet pulſus ꝓ
pter debilitatem frigoꝛis hoc eſt pꝛopter debilita/
tem frigiditatis cauſatam. ¶ Eſt in lepꝛoſis multi/ Frigiditas
plex frigiditas nam i eis eſt frigiditas pꝛopter pauci
tatem caloꝛis naturalis ⁊ ꝓpter frigiditatem melan
colie ꝑ totum coꝛpus ſparſe. ⁊ frigiditas pꝛopter op
pilationem ⁊ impotentiã expanſionis ſpiritus ⁊ vir
tutis ad ambitum totius quando igitur ad tantam
venerit debilitatem virtus non ſolum eſt impotens
ad magnificandum pulſum ſed etiã ad velocitandũ
⁊ licet multũ ſit diminuta neceſſitas nõ tamen tan/
tum qn opus ſit in pulſu frequentia ⁊ iſtud cõtingit
pꝛopter virtutis debilitatem ⁊ inſtrumentoꝝ inobe
dientiam. ¶ Et Aueroys quarto colliget dixit ꝙ ro Auer.
tunditas oculoꝛum eſt ſignum maximũ denotãs le
pꝛam vrina eſt ſemꝑ alba vel ad albedinẽ declinis
cum quadã liuiditate ⁊ eſt in ſubſtantia tenuis pꝛo/
pter ſiccitatẽ ⁊ ſemper apparet in ea cõtenta ad mo
dũ farine non ad plenum molitis vel ad modum are
ne ⁊ ſi agitet̃ rauce ſonat ſicut vrina eticoꝛum ⁊ eſt
multuꝫ fetida. ¶ Satis de ſignis generis dictũ eſt.
Reſtat perquirere de ſignis ſpecierum.
℄ Species autẽ lepꝛe ſunt quatuoꝛ ſecundũ quod Signa ſpecierum.
quatuoꝛ ſunt hũoꝛes ex qbus cõtingit generari cau
ſaꝫ cõiunctã lepꝛe. Nã cuiuſlibet lepꝛe cã coniũcta
eſt colera aduſta putrefacta. Et nõ intelligo putre
factionẽ ſicut in febꝛe ſed putrefactionẽ que eſt extra
neatio calidi ⁊ humidi ſicut ẽ in coꝛpoꝛibus ſiccis ⁊
in ſtercoꝛibus. Cũ igit̃ ex qualibet ſpecie quattuoꝛ
humoꝛũ poſſit aliqs talis ſic putrere ſequit̃ ꝙ qua/
druplex erit cã lepꝛe coniũcta differẽs ſpecie admo
dum loquẽdi medicoꝛũ. ¶ Quaruꝫ vna q̃ eſt de ſan
guine appellat̃ alopicia. ¶ Que de flegmate Tyria.
¶ De colera. Leonina. ¶ Sed melãcolica dr̃ aleſan
gia. ¶ Et hec fuit viatici ſnĩa li. vij. ſue pꝛactice cap: Viaticus.
de lepꝛa vbi ſic dixit. ¶ Lepꝛa ẽ paſſio accñs a cole Deſcriptio
ra nigra incẽſa ⁊ putrefacta apparẽs i ſupficie coꝛ/ lepꝛe.
poꝛis ⁊ naſcẽs ex q̃ttuoꝛ humoꝛib⁹. Sꝫ tñ incẽſis ⁊
coꝛruptis ⁊ in colerã nigrã mutatis. ¶ Eſt aũt qua Spẽs.
druplex. Vel ẽ de coꝛruptiõe ſanguis ⁊ vocat̃ allo/
pitia. Altera de colera rubea. ⁊ dr̃ leonina. Alia de
colera nigra ⁊ appellat̃ alefangia. Quarta de fl'ate
dicẽda tyria. ¶ Et hec ẽ yſaac ſnĩa. Et hãc viã ſeqt̃ Auctoꝛes.
Gilber. anglic⁹ ⁊ Guliel. de placẽtia ⁊ plures alij.
¶ Videt̃ tñ q̃cũqꝫ ex p̃dictis ſpẽb⁹ i duas ſpẽs q̃rũ
vna fit ex quouis dictoꝝ hũoꝝ ꝑ aduſtionẽ ⁊ alia ẽ
melãcolia fcã ꝑ cõgelationẽ. Attamẽ qꝛ lepꝛa ꝑ viã
cõgelationis raro cõtingit ⁊ ſi aliquando accidat
nõ eſt foꝛtiũ accidentiã ideo multi auctoꝛes de tali
lepꝛa nihil expꝛeſſerũt ſed ſolum de facta per viam
aduſtiõis. Et hãc ẽt nõ expſſerũt de oĩbus ſpẽbus.

Serapio. Jmmo Sera. q̄nto breuiarij dixit. Leprā generari
a sup̄fluitate colere nigre. Et ista duplex existit. vna
cōsurgēs ex colere citrine adustiōe. Et alia ex cali/
Halya. tate. s. adustiōe q̄ humoris melācolici. ¶ Et Haly.
8. theori. dixit duas eē spēs eius: vna que fit ex co/
lera nigra quā sanguis diximus eē fecē ⁊ purgamē/
tum. ⁊ altera que est ex colera nigra ex colere rubee
Auic. adustiōe generata. ¶ Auic. insequēs Serapionem ⁊
Halyabatē posuit tres spēs eius. sicut tres sunt po
site inter ambos illos. s. q̄ facta est ex colera adusta:
⁊ q̄ facta est ex melācolia adusta: ⁊ q̄ facta est ex fe/
ce sanguis. De melācolia facta ex adustiōe flegma/
tis aut sanguinis multi non expresserūt. qꝛ raro san
guis ⁊ raro flegma per adustionem deducuntur: vt
Auic. fiant materia lepre. Et si ad hoc deducūtur nō sunt
seniorum accidentiū. Unde Auic. cap. supra allega.
Facta ex melancolia colere est magis feda ⁊ pluris
nocumēti ⁊ difficiliorū accidentiū ⁊ vehementius
adurens ⁊ vlcerās: sed est susceptibilior curationis.
Et facta ex fece sanguinis est vehementior ⁊ gerior
⁊ non vlcerat. Et facta ex melācolia adusta similaꝶ
colerice in suis accidentibus: licet est tardius susci/
Signa spe piens curationem.
cierum. ℂ Jstis itaqꝫ dimissis veniendū est ad ponendum
signa cuiuscꝫ spēi. ⁊ q̄d q̄riꝶ manifestius fiat.
Signa leo ℂ Leonine signa sunt. ¶ Primū oculi rubescūt tu
nine. mescūt ⁊ rotūdi fiunt in q̄bus apparet eminētia ve
Primuz. narum sanguinis colerici abūdantia cū quo quedā
2. apparet citrinitas. ¶ Scdm color vergit ad citrini/
3. tatem ⁊ fuscedinem. ¶ Tertium corpus totum ē ma
4. gis gracile precipue in extremitatibus. ¶ Quartum
5. exsiccaꝶ magis pectus ⁊ stringiꝶ. ¶ Quintuz fixure
6. maxime in membris extremis fiūt plures ⁊ maiores
7. ⁊ citius euenētes. ¶ Sextuz corrosio ꝓperat ad gin
8. giuas. ¶ Septimū vrina est coloratior. ¶ Octauum
9. sanguis qui in flobothomia egreditur est subtilior.
10. ¶ Nonū dislocatio in iuncturis accelerat. ¶ Deci/
11. mū totius corporis vlceratio. ¶ Undecimū hec spe
12. cies citius omnibus alijs augmētū suscipit. ¶ Duo
decimū fiunt magis solito clamosi iracūdiores ⁊ ve
nenosi magis ⁊ apparēt serpigies emperigines mor
Signa ele fea nigra vel crocca.
fan. ℂ Signa elefangie sunt coloris totius corporis ni
Primuz. gredo intensa magis quā in alijs spēbus. Pōdero/
2. sitas corporis maior. Tarditas fixure ⁊ vlceratōis
3. respectu leonine. Gracilitas amplior. Urina pauca
4. ⁊ ad fuscedinem quādam declinans. Et sanguinis
5. in flobothomia egressi grossities maior. Et cōdēsa/
6. tior velocior: ⁊ ad augmentum nō ꝓperat maior ⁊
7. crebrior partiuz insensibilitas cum stupore quā ire
8. liquis. Copia scrophulaꝝ ⁊ glandiū semꝑ fere sunt
9. subtristes. Cum sanguis lauatur in lauatura appa/
10. rēt quasi quedam venule.
Signa alo ℂ Signa alopitie sunt color corꝑis vergēs ad ru/
pitie. bedinē magis facies magis rubicūda. Et depilatio
Primuz. magna palpebre ingrossanꝶ ⁊ inuersanꝶ. Urina ma
2. gis rubet. Etiā sanguis in flobothomia egrediēs ci
3. to inspissaꝶ. Et corpus nō apparet arriduz sicut in
4. leonina ⁊ elefantia. Difficultas odoratus. A gingi/
5. uis educiꝶ sanies ⁊ ex leui scalpatiōe ab ipsis ⁊ na/
6. so effluit sanguis. Corpus ⁊ facies qm̄ rubeis macu
7. lis ⁊ pustulis diffundiꝶ. Cutis ⁊ caro mollis ⁊ quasi
8. semꝑ sublucida ⁊ aliqua vnctuositate perlinita.
9. ℂ Signa tyrie sunt. Multiplicatio nodoꝝ ⁊ glan/
Signa ty/ dulaꝝ ⁊ tuberositatū in corpore. Color corporis ab
rie. albedine trahit ad fuscedinem. Corpus totū rema/
Primuz. net humiduz minus q̄ꝫ in alijs speciebus exsiccatū.
2. Oculi in illa specie magis q̄ꝫ in alijs lacrimantur.
3. Fit pilorum casus cum fissuris ⁊ impetiginibꝰ. Uri
4. na grossior ⁊ albior. Et sanguis peregrediens liqui
dior ⁊ dissolubilior. Fecus facies tumescit a qua cor
tices eleuantur. Extremitates. s. manuum ⁊ pedum
tumescūt. Scindūtur ⁊ cadūt vngues. Excreatio/
nes ⁊ emunciones plures q̄ꝫ in ceteris spēbus. ⁊ q̄n
alique partes scalpūtur excutiūtur veluti farina ⁊
furfures. ¶ Cū igitur signa generis lepre ⁊ suaꝝ spe
cierū posita sint superest videre si in hoc nobili viro
supradicta signa inueniūtur quod si nō reperiūtur
liquet hunc virum non esse leprosum.
ℂ Jncipiamus igiꝶ discurrere. ¶ Primū signum
nō apparet. Naz in illo nō est color rubeus vt liq̄t.
Nec palpebraꝝ inflatio. Nec gossoni vel assafati.
¶ De scdo signo posset quis dubitari: quoniā oculi
sunt rubei: Sed hoc signū est cōe ad leprā ⁊ corrizā
⁊ illud infra declarabo. ¶ Jn pectore nulla ē strictu
ra q̄d est signū tertiū. ¶ Nec quartū vt notum est.
¶ Minus verificatur quintū. ¶ De sexto videꝶ dubi
tatio quāquā non sit. naz vt declaraturus suz a ma
teria a cerebro fluente fit aliquando in extremitate
nasi opillatio: ⁊ tunc videtur cum naribus loqui est
igitur signū cōe ad leprā ⁊ corrizā. ¶ Septimū non
apparet aliquo modo. ¶ Nec octauū. Nec minꝰ no
num. Nec decimū in somno rarissime somniat. Et
somnia facilia q̄d erat vndecimū signū. Nec graue
dinē sentit dū dormit q̄d erat duodecimum. Nec
macule apparēt. Nec impetigines. Nec morfea: vt
aliqui posuerunt esse signū nullam habet partez in/
sensibilem que sentire debeat. Si extrema in eo fa/
cile infrigidātur illud est sibi quasi vt affirmat cōna
turale. Pariter ēt ex paruo labore calefiūt hoc est
propter raritatem texture ipsorum. ⁊ est signum nō
ꝓprium lepre. Nullam penitus sentit formicationē
in fronte aut palato in lingua ⁊ genis ⁊c. Nō habꝫ
pruritum ⁊ precipue manuum qualis est qui leprā
precedit aut secum cōiungiꝶ. Nec est scabies. Nec
sitis. Nec corporis asperitas.
ℂ Uidēdum restat si in hoc viro sunt signa. Pro/
cedētis postq̄ꝫ signa absoluimus ipsius incipiētis.
¶ Primū fuit sparsio in capillis ⁊ casus eoꝝ q̄d mi
nime est in hoc viro. ¶ Nec dislocātur loca capillo
rum ꝙ fuit scdm. Nec vnguibus apꝑet scissura q̄d
fuit tertiū. Quartū fuit ꝙ forma incipit fieri fetida
⁊c. ꝙ minime apꝑet in viro isto q̄d si in oculis color
videꝶ mutatus est ꝓpter cām dictam ⁊ infra decla
rādaz q̄d nō cōgeletur in iuncturis sanguis nec pu
trescat satis liquet quod erat signum quintū. Nec
sextū verificatur. s. additio contritionis anhelitus.
Non prouenit vox ad rau cedinez nedum ad finem
eius quod fuit septimū signum. Nec octauum. s. la
biorum ingrossatio. Nulla glādosa additio appa/
ret in corpore suo ꝙ fuit nonum. Nec etiā decimū
ꝙ fuit corporis vlceratio. Non est cartilaginis nasi
corrosio vt liq̄t ꝙ erat. xj. Nec cadit nasus aut ex/
tremitates: aut egrediꝶ virus fetens ꝙ fuit. xij. Ter
tiūdecimū vero ꝙ fuit vox redibat ad occultationē
minime est. minime verificaꝶ. xiiij. ꝙ fuit ꝙ iaz nō
remanēt pili. xv. vero fuit ꝙ color denigraꝶ valde.
⁊ hoc nō inuenitur. Nam color eius est vt erat an/
tequam suspitio esset istius egritudinis. Nec attesta
tur pulsus huic lepre vt facile apparebit tangentis
⁊ considerantis quales sint differētie pulsus leprosi
ꝙ fuit. xvj. signuz. Nec oculi in istud redundantur
quod apud Auerroym est potissimum signū. Urina
eius varij est coloris ⁊ modi substantie ꝑm ꝙ cōtin
git meliorem aut deteriorem in eo fieri digestionez
⁊ notum erit volenti contrariari. Si quis tamē ꝓ/
terue dicta sua defendere vellet. ⁊ hunc asseuerare
leprosum esse diceret. ꝙ ⁊ si multa ex istis signis nō
verificentur aliqua tamen apparent: vt ex omni par
te eorum dicta refellantur.

ℂ Descēdamus.

¶ Descēdamus ad experimēta que a nr̄is doctori
Primuz. bus ponunt̄. ¶ Primū est vt patiēs exuatur si inue
nerimus cutem asperā ⁊ aspergamus aquam frigi-
dam si ei non adheret nisi sicut foret corpus vnctuz
tunc est leprosum. Nā cutis in isto aspera nō est. et
ideo nō verificatur experimentū. In quibusdā non
leprosis vidi sepe aquam corpori nō adherere quod
cōtingit ꝓpter fumos quosdā vnctuosos aut super
fluitates quarte digestionis que fit in mēbris q̄ ad
Secdm. cutem expellūtur que cum vnctuose sint ⁊ cuti inhe
reant prohibent aquam figi. ¶ In sanguine volui ex
periri. nam eo per flobothomiam extracto ⁊ ipso co
agulato accepi partē sanguinis superiorem cui sup-
posui sal tritum ⁊ statiz liquefactū est. nā si sup par
tem coagulatam poneretur in homine non leprose
nō dissolueret̄ nō appet sanguis vnctuosus. ¶ Itez
sanguis in plāta manus fricatus nō sentitur areno-
sus ad odorem nō apparet fetidus d̄scēdit sanguis
super aquam claram proiectus tardat sanguis post
flobothomiam antequā coaguletur. ¶ Hec experi-
Signa gulielmi, menta fere omnia habētur a Gilberto anglico colle
cta que in illo per me experta nō verificātur. ¶ Gu
lielmus de placentia in lib. ⁊ cap. superius allegatz
posuit signum q̄d dixit nūquā fallere eum: cui⁹ ver
ba hec sunt ⁊ certissimum signum ꝙ nūq̄z fallit est.
Q̄d si medicus quādo dubius fuerit de lepra aspe-
xerit in os leprosi ⁊ presserit suis digitis linguam ⁊
viderit circa radicē lingue. i. vuee ⁊ in palato scissu
ras ⁊ pustulas vstas albas rubeas ⁊ citrinas que cō
tingūt ex fumo eleuato a materia que aduritur: vn̄
cum reuerberatur talis fumus horribilis in loco cū
ascēdit ad caput ⁊ nō resoluitur: imo inficit loca il
la s̄m ꝙ est. Significat vniuersalē adustionē in ma
teria totius corporis ⁊ significat hoc vere lepram.
Cum igitur diligēti facta inspectione minime tales
pustule apparcāt certe cōcludēdum est hūc nobilez
virū nō esse leprosum: cū nec signa nec experimenta
hoc attestētur vt vis minime nec breuitatis cā expe
dit vt percurram⁹ signa specierū lepre. Nā si nō est
leprosus vt per dicta cōstat nō est in aliqua specie le
pre reponēdus. Et ideo superuacuū esset querere in
eo signa spērū lepre. ¶ Relinquitur igitur tāq̄z hoc
Casus. ꝓbatū ⁊ rōnibus ⁊ experimētis demōstratum.

¶ Declaret̄ deinceps dispositio ipsius viri: pro eu
ius notitia sciēdum ꝙ iste vir nobilis catarrum pa
Catarr⁹ accipit̄ tripliciter. titur. ¶ Sed catarrus tribus modis accipitur. Uno
modo large pro quocūq̄z defluxu humiditatū a par
tibus superiorib⁹. precipue tamē a capite ad partes
inferiores quicūq̄z fuerint: ⁊ tunc grece dicit̄ roys
q̄d latine est fluxus. Et sic sumitur ab Auic. secūda
primi cap. de morbis cōpositis. Scd̄o modo minus
cōiter pro quocūq̄z defluxu humiditatuz a cerebro
ad partes sibi suppositas: siue ꝑs illa sit stomachus:
siue pectus: siue epiglotis. siue fauces: siue nares. ⁊
ita de reliquis: ⁊ isto mō sumit̄ cū diximus fluxus
catarralis aut tussis catarralis. Tertio modo stri-
cte accipitur magis proprie pro descēsu humorū ad
pulmonē tisi. ⁊ hoc mō intelligit̄ cum absolute pro-
fert̄. ⁊ dixit Mesue ꝙ idē est grece fluo ꝙ latine reu
ma seu reumatismus d̄r: catarrus. n. a cado. nā cuz
humiditates cadūt vel ruūt ad pectus vł pulmonē
catarrus dicūtur. Et hoc mō tertio sumptus disti
guit̄ cōtra corrizā ⁊ brācuz. Est. n. corriza fluxus
hūiditatū a cerebro ad ossa nariū: vn̄ illa materia q̄
descendit ad nares vocat̄ chachareri ⁊ est corriza.
¶ Et ex istis pz ꝙ catarrus ꝓp̄e est accidēs: qūi est
exiēs mutatū q̄d sequit̄ imediate ad egritudinē ce-
rebri. ¶ Potest etiā esse causa morbi: quoniā cōple
xionē alteraret vel viam opillaret aut cōtinuitatem
solueret. ¶ Potest etiā dici morbus i numero quē-
admodum lapis in vesica aut vermis ⁊ hoc eēt quo
niam materia ipsa prohiberet immediate certā ope
rationem fieri vel pulmonis dilatationem aut con-
strictionem. ¶ Ad propositum nostrum iste vir pati
tur catarrum. secundo modo sumptum qui proprie
dicitur coriza. nā est merci fluxus ad partes nasi.
¶ Et hui⁹ catarri causa intrinseca materialis est du
plex. Una est humiditas in cerebro congesta per vi-
am indigestionis nutrimenti ad ipsum delati cuius
superfluitas indigesta in ipso remanet ⁊ multiplica-
tur. Alia est humor siue vapor ascendens ad cere-
brum ex corpore toto aut ex stomaco vel ex alio siue
alijs membris quare humor postea in eo remanens
descendit vapor vero ad cerebrum ascendens non
resolutus frigiditate cerebri condensatur. ⁊ in aque
naturam conuertitur. Unde Gale. v. de accidenti Gale.
⁊ morbo. Accidit catarrus cerebro ex defectu virtu
tis digestiue ipsius sicut accidit homoceria stoma-
co ex defectu sue digestionis congeritur humiditas
in cerebro ex indigestione alimenti ad ipsum delega
ti. ¶ Causa vero lesionis digestionis cerebri aut est
malicia complexionis cerebri pura vel cūz materia.
Ut plurimum tamen est mala complexio frigida et
humida. Quare Auerloys tertio colliget dixit vir-
tutis digestiue operatio in cerebro. aut diminuitur
aut corrumpitur ⁊ ad hoc prouenit fluxus vel casus
superfluitatū non coctarū ex cerebro ad nares ⁊ pa
latum ⁊ vocat̄ hoc accidēs nassa. i. catarr⁹ Sed q̄r
alimētum cerebri est frigidū ⁊ humidum erit illa su
ꝑfluitas ex eo cōgesta frigida ⁊ hūida. ¶ Causa ascē
sus humorū ad cerebrū ē virtus expulsiua mēbrorū
inferiorū expellēs humorē ad ip̄ lum: aut est tractus
vi doloris aut caloris capitis attrahentis ascēdunt
vapores ad cerebrum ipsum eo ꝙ cerebrum i corpo-
re est sicut media regio aeris ad quam delati vapo-
res aquosi ad propriam naturam reuersi in pluuiam
conuertūtur similiter vapores ex corpore delati ad
cerebrū nisi resoluti fuerint in ipso refrigerantur et
ad naturam reducuntur aquosam. Aui. v. tertij ca.
de coriza de vtraq̄z causa dixit. Cerebrū quod frigi
dum est ⁊ non digerit illud ꝙ prouenit ad ipsum ex
nutrimento ⁊ non resoluitur ꝙ ad ipsum ascendit ex
vaporibus. Conuertuntur ergo superfluitates nutri
menti inferius. i. inferius descendunt quia inspissan
tur frigiditates cerebri ⁊ sua grauitate inferius flu-
unt. Et apponunt̄ vapores i aqueaz naturam cōuer
si sicut conuertitur in alembico illud quod ascendit
ad ipsum ex cucurbita quare assidui sunt in ipso flu
xus. ¶ Causa extrinseca est aut a sole caput calefaci
ente aut ex vento calido vel ex olfatu medicinarum
calidarum sicut musci croci ⁊ aliorum ⁊c. Aut medi
cine calide cataplasmate: vel aliter capiti applicate:
vel est frigiditas extrinsecus veniēs ex aere frigido
aut vēto septētrionali ⁊ ꝑcipue cum caput discoope
ritur scilicet ad aerem frigidum ⁊ ventum frigiduz
⁊ precipue hora qua rarificātur pori cerebri ex bal-
neo exercitio ira aut cogitatione aut alijs vt locu-
tione multa. Multa repletione: coitus plurim⁹ ⁊ co
mestione rerum in capite euaporantium superfluus
somnus ⁊ pariter superflue vigilie omnes iste cause
facile haberi possunt ab Aui. loco supra allegato.

¶ Sciendum tamen est ꝙ humor ad caput expul- Nota.
sus seu ex vaporibus ad ipsum eleuatus in capite
genitus est acuitatem participans quare cum mi-
scetur cum humore in capite ꝑ indigōnem multipli
cato resultat humor hn̄s salsuginē quādaz. vn̄ iste
catarrus siue coriza est hūor salsuginē hn̄s. Est aūt
catarrus iste aliqn̄ subtilis vt plurimuz tn̄ grossus.
¶ Signa sunt rubedo oculoruz mordicatio eius ꝙ Signa.
currit rubedo tamē est remissa ⁊ similiter mordica-

tio ꝓpter materiã flegmaticã obtundentẽ humorẽ acutũ. Apparet etiã eminentia aliqua duorũ superciliorum ⁊ opillatio in foramine qđ est in osse fixo in naso. vnde nõ odorat bene ⁊ loquitur ac si ꝑ nares loqueretur iterdum secundũ ꝙ opillatio fuerit maior aut minor in loco dicto. Et hec omnia contingunt ratione flegmatis ad ea loca currentis. Apparet etiã fluxus lacrimarũ cuꝫ tanta est materie abũdantia qui per foramina que ab angulis oculorum

Signa. ad ipsum nasuꝫ materia ad oculos venit. ¶ Hec si-

Pronosticum. gna faciliter colligunẽ ab Auic. ⁊ Serap. ¶ Hec dispositio verẽda est. nam catarrus multarum dispositionũ põt eẽ cã vt ostẽdit Aui. v. tertij ca. ꝓprio.

Ordo consilij. ¶ Cura istius dispositiõis duobus perficitur instrumentis: dieta scꝫ: ⁊ potione.

Dieta. Aer. ¶ Dieta cõsistit in debita administratione sex rerꝫ nõ naturalium. ¶ Et primo ab aere incipiamus. Fugiat aerem frigidum ⁊ etiã multum calidũ: ⁊ aerẽ turbidum nebulosum ⁊ ventosum: ꝑcipue flante austro aut borea. Et similiter aerẽ humidũ ⁊ vaporosum ⁊ habentẽ odorem malum. ¶ Eligat sibi aerem clarum declinantẽ ad caliditatem quandaꝫ aut ad temperamẽtum in qualitatibus actiuis. In passiuis vero ad quãdam siccitatẽ paruã. Tñ sitqꝫ boni odoris ⁊ euentatus. Locus habitationis sit a terra eleuatus: nõ ꝓpiquus cursibus aquaꝝ: nec cloacꝫ. Sit expositus orienti. Teneat caput ⁊ reliquuꝫ corpus munitum a frigore. ita ꝙ paucitate pannorum ab eo nõ ledaẽ nec multitudine sudet. Quare variãde sunt vestes ⁊ bireta ẽm temporum varietatem. Igni vero non multum ꝓpinquet nec ipsum aspiciat: sed si opus fuerit ad ipsum appropinquare tergum voluat ⁊ a fumo ⁊ puluere caueat.

Accña ai. ¶ Nocet sibi furor ira. tristitia sollicitudo desperatio. Sed conueniunt patiẽtia letari gaudere bñ sperare cum amicis ⁊ dilectis conuersari. Et a frequẽti coitu cauere tanqꝫ a re multuꝫ nocenti. Usus eiꝰ sit rarus tamen completa digestione in stomacho ⁊ epate interdum conuenit.

Sõnus. ¶ Somnus sit de nocte non de die sitqꝫ prĩo sup latere dextro: deinde super sinistro capite bene eleuato corpore: pãnis cõuenienter tecto non maioris quantitatis horarum septẽ nec minoris sex nec priꝰ incipiat dormire q̃ꝫ transeant hore due a fine cene:

Vigilie. Et lꝫ somnus superfluus noceat non minus tamen superflue vigilie. nam caput replent ⁊ spiritus resoluunt prima tertij caplo de epilensia: ⁊ de corruptione memorie.

Exercitiũ. ¶ Cõuenit exercitium totius corporis moderatuꝫ stomacho ieiuno factũ pulsis primo superfluitatibꝰ prime ⁊ secũde digõnis. Et ꝯuenit capitis leuis pectinatio vel eius cũ pãnis leuis fricatio ⁊ maxime post exercitiũ inferiorum partium ꝙ multũ in cãu

Balneuꝫ. isto confert. ¶ Conuenit balneũ anteq̃ꝫ catarrus ad inferiora discurrat. vnde Auic. v. tertij. Qui cõsuetus est pati catarrum quandoqꝫ prohibet aduẽtum catarri sui subitus introitus in balneũ ad sudandũ aut pro. i. ante aduẽtum catarri. Et sic voluit Aui. ꝙ balneũ cõueniat in preseruatiõe a catarro insolitis ipꝫ pati.

Quies: ¶ Cõfert quies precipue post cibũ sicut nocet ea hora omne forte exercitiũ tã totius corporis q̃ꝫ capitis.

Haly. ¶ Haly. dixit corrizam patiẽtes. i. ⁊ catarrũ cibos ad caput euaporãtes fugiãt vt nuces caseũ veterẽ lac caprinũ erucaꝫ ⁊ siliq. Et Auerro. supersedeat. Et Auicen. dixit minoret potum aque frigide congelate.

Cibus. Potus. Panis. ¶ Cõuenit panis ex farina boni frumẽti a qua furfur sit excussum competẽter coctus ⁊ debite fermẽtatus duorum aut trium dierũ: sed nõ prius comedatur quã caloreꝫ quẽ ex furno contraxit deponat.

vina potẽtia dulcia grossa oĩa sunt mala ⁊ similiter subtilia acuta. ¶ Cõuenit vinũ paruum colore albũ aut parũ rubeũ siue habẽs colorem vini granatorũ qđ nõ sit fumosum nec dulce nec multũ ponticum sitqꝫ in substãtia clarum ⁊ boni odoris qđ si indiget permixtiõe cũ aqua: misceatur cum aqua cisterne aut aqua simpliciter cocta. ¶ Loco vini vti posset tẽpore hyemis aqua mellis qđ sic fit. Recipe mellis clari lib. j. aque fontis clare ⁊ munde lib. x. misceãtur simul in vase vitreato ⁊ ponaẽ ad ignem lẽtuꝫ sine fumo ⁊ buliat ⁊ cũ bulire inceperit dispumeẽ ⁊ tãdiu buliat donec tertia pars aque consumeẽ: ⁊ tunc deponatur ab igne ⁊ coleẽ cũ saculo in fundo cuius ponaẽ cinamomi modo grosso pisti. ʒ. iiij. ⁊ vsui seruetur tempore estatis ponatur loco mellis zuccarũ albũ ⁊ esset potus valde cõueniẽs. ¶ Carnes sint ꝑdicum fasianoꝝ frãculinoꝝ ⁊ merularũ ⁊ aliarum auiũ degẽtium in pratis ⁊ nemoribus cõueniũt pariter carnes pullaꝝ gallinaꝝ iuuenũ ⁊ caponũ ⁊ pipionum volare incipiẽtium. ¶ Ex quadrupedibꝰ bone sunt carnes edi castrati vituli ⁊ caprioli iuuenis abstineat a carnibꝰ bouinis caprinis porcinis ⁊ salsis carnibus a leporinis ⁊ a carnibus auiũ in aquis aut paludibus degentiuꝫ sicut sunt anates ansares ⁊c. ¶ Pisces non sint in multo vsu si tñ aliqñ sumit sicut ex aquis dulcibus bonis squamosi parui vt capedani trute lucij carpiones timali. Et ex mari solee trilie passares aurate ⁊c. ¶ Competunt oua recentia sorbilia aut tremula dura vel frixa nocẽt. Vitet lac caseum ⁊ que cum lacte fiunt ⁊ butyrum. ¶ Ex herbis eligantur boragines buglossa apuli cicorea endiuia ⁊ spinacia cum petrosillo mixta. Legumia nõ conueniũt precipue fabe lẽtes. si tamẽ accipiẽ sit brodium cicerum rub. far ⁊ miliũ. ¶ Caueat ab oĩbꝰ acruminibus vt sunt alea cepe raphanus ⁊c. ¶ Ex fructibus cõcedũtur passule dulces auellane prius torefacte fistici ⁊ amigdale excorticate. ¶ Cũ carnibꝰ suis vti põt sapore facto cũ brodio aut succo granatorũ dulciũ ⁊ supra aliqđ spargaẽ infrascriptaruꝫ specieꝝ. Recipe cinamomi electi croci macis liquiritie cardamomi ana. ʒ. v. zuccari ad põdus omniũ ⁊ fiãt species. Et cũ ferculis suis ꝑcipue tꝑe hyemꝫ vti põt spẽbus que sic fiunt. Recipe zinzib. albi cinamomi electi ana. ʒ. ij. gariofili cardamomi croci ana. ℈. j. pistẽtur ⁊ cribẽtur ⁊ potest post cibum vti tragea que sic fit. Recipe liquiritie anisi ana. ʒ. j. ß. gariofilorum cubebaꝝ añ. ʒ. ij. macis. ʒ. j. passularũ enucleataꝝ mũdatarũ lib. ß. Et de hac in fine mense sumere potest coclear vnum. ¶ Studeat omni die hr̃e vẽtris bñficiũ bis aut saltẽ semel ꝙ si naturalr̃ haberi nõ põt habeat arte aut cũ suppositorio fcõ ex melle aut clisteri cõmuni vel cũ assumptiõe. ℥. i. cassie per horam ante prandium.

¶ Nunquam comedat vsqꝫ ad sacietatem: sꝫ semper a mensa famelicus surgat nec comedere incipiat nisi senserit priorem cibum esse digestum ⁊ affuerit verus appetitus: qui cum aderit non differatur cibus. Non comedat in vna mẽsa diuersa cibaria. Sed sit contentus vno aut duobus. Et primo accipiat illum qui facilius digeritur bibere non incipiat nisi prius octo vel decem bolos sumpserit nec tãtũ bibat vt cibus in stomacho natet. ⁊ post cibũ ad mediam horam nihil potus sumat.

¶ Cura per potionem quinqꝫ habet intentiones. Prima digerere materiam. Secunda est abscindere vel saltem ipsam minuere. Tertia est diuertere ipsam materiem a parte timorosa ad partem ignobilem. Quarta abscindit fluxum alterando malaꝫ discrasiam ⁊ membra confortando. Quinta corrigere accidentia si qua fuerint.

¶ Prima

Prima intentio. Digestiuū.

¶ Prima intētio sic complet. Digeratur materia iuxta primā intentionem cuȝ syrupo qui sic fit. ℞. saluie. m. ß. capillorū veneris sticados arabici ana. m. j. passularuȝ sebesten añ. ℥. j. lupullorū endiuie. añ. m. j. borraginis ⁊ buglosse cū radicibus ipsoruȝ añ. m. ß. buliāt omnia ĩ lib. v. aque clare fontis vsq; ad consumptionē medietatis postea coletur ⁊ colature addatur zucari quātum sufficit ⁊ fiat syrup⁹ ⁊ acetosetur cum modico acceti vini albi ⁊ aromatizetur cum macis nucis musc. ⁊ sandalis. ℞. supradicti syrupi. ℥. ij. aquarum saluie mellisse ⁊ endiuie añ. ℥. j. misce istum syrupū calidum sumat in aurora per horas octo post finē cene precedentis ⁊ continuet donec in vrina digestio apparuerit.

Scd̄a intentio. Minoratiuum.

¶ Secunda intentio perficitur cuȝ administratione istarum pill. ℞. pill. cochiarum. ℈. ij. ß. pill. de fumoterre. ℈. ij. fiant pill. ix. ⁊ accuantur cum grano. j. ß. elaterij. istas pill. sumat in die imediate sequente ad diem complete sumptionis supradictorū syruporum per horas. ix. post finem precedentis cene ⁊ potest cum ceperit super dormire per horam deinde vigilet donec transeant hore quinq; ab hora sumptionis ⁊ tunc sumat ciatum vnum aque ordei cum. ℥. j. zucari rub. Et inde ad horam prandeat.

Tertia intentio. Diuersiones.

¶ Tertia intentio sic complet. ¶ Diuertatur materia iuxta intentionē. ⁊ primo ad partē remotā ⁊ hoc cuȝ clisterijs suppositorijs fricatiōibus extremorū: Positione ventosarū super nucaȝ. Et similiter sup comissurā: Sed hoc fieri non debet nisi corpe prius bene purgato. Et cuȝ ventosa remouetur illico ponatur cerotū ex thure masticis sandaraca laudano. ¶ Et ex diuerrentibus est masticatorium. Qd̄ fit cū mastice ⁊ pipere sumant masticū grana. x. ⁊ ponat in ore cūq; comassata fuerint ponātur grana. iiij. piperis ⁊ masticetur ⁊ spuat omne illud ꝙ ad os venit de humiditate. Cūq; piper dissolutuȝ fuerit addat quattuor alia grana ⁊ sic procedat per mediā horaȝ continuādo ⁊ hoc facere incipiat per tres dies postquā pill. sumpserit ⁊ faciat sic duobus diebus in qualibet ebdomada ipsis diebus interpositis.

Quarta intentio. Garga. Odora.

¶ Quarta intētio sic perficit. ℞. mirre sandarace añ. ʒ. j. pistentur modo grosso ⁊ buliant in. ℥. vj. vini rub: vsq; ad cōsumptionē quarte partis ⁊ de hoc vino sepe gargarizet. ¶ Itē. ℞. nigelle per noctē in aceto infuse postea exsiccate demū torrefacte. ℥. ij. ligetur in sindone ⁊ frequēter odoret. ¶ Accipiatur etiaȝ dicte nigelle pars ⁊ supponatur prunis calidis ⁊ recipiat fumus ad nasum. Iteȝ valet suffumigiū factū ex olibano ⁊ laudano. ¶ Ex his que in ore retinent ⁊ conferūt sunt mirra thus ⁊ spicanardi inter dentes retēta nam sunt sublimis iuuamēti vt dixit: Mesue. ¶ Ex rebus q̄ odorant est pomū que sic fit. ℞. storacis calamite. ʒ. ij. olibani masticis sandarace añ. ʒ. iij. costi spice añ. ʒ. j. ambre. ʒ. ß. xiloales. ʒ. iiij. musci. ℈. j. terbentine parū ⁊ fiat pomū.

Modus vsus.

¶ Horum medicaminū fluxū materie refrenantiū vtatur modo vno modo alio. Et ipsis vti incipiat postquā absoluerit intentionem secundam. ¶ Et iuxta ipsam quartā intentionē cōfortet caput remouendo maliciā digōnis. Prio supaspergēdo cuti capitis puluerem thuris aut macis ⁊ precipue in loco comisurarū. Item supponatur cerotum capiti quod sic fit.

Cerotū capitale.

℞. laudani. ℥. j. macis nigelle añ. ʒ. j. ß. sandarace. ʒ. iij. olei costini quantum sufficit ⁊ cum cera fiat cerotum. ¶ Ad idem faciunt fasciculi policarie calefacti super tegulam sine liquore ⁊ capiti superpositi. ⁊ cum infrigidantur remoueantur. ¶ Item ambra per omnem modum administrationis confortat cerebrū. ¶ Itē diamusci dulcis. ℥. iij. triasandalorū. ℥. j. misce d̄ isto electuario ꝯfortatiuo cerebri ⁊ epatis sumat ad quātitatē vnius castanee ante prādiū per quattuor horas pōt istis vti modo vno modo alio postquā pill. supradictas sumpserit.

Quinta intentio.

¶ Quinta intentio que est succurrere accidētibus cū nullo modo sint ad se curā trahētia nō expedit eorū curā ponere. sȝ si qua supuenerint ad ea ꝓpria ē recurrendū.

Nota de signis.

¶ Unū tñ est aduertēdū ꝙ puto forsan occasionē dederit vt diceret ꝙ vir iste leprosus est: nā sup tibias apparuerūt alique macule rubee ⁊ sup coxas ⁊ postea coloris quasi violacei ⁊ inde fiebant nigre ꝓpter qd̄ potuit aliqs credere hoc ab hūore melancolico ꝓuenire ⁊ amptius qꝛ pili ceciderunt a locis in quib⁹ tales macule fuerunt. ¶ Itē tibie cum tangunt satis dolent. ¶ Sed ista nihil faciūt ad cōcludendū istū esse leprosuȝ si recte horū accidentiū volumus causam cōnotare. Nā vir equitauit p tēpora valde frigida p niues magnas ob quā causam factus est tot⁹ stupidus. Accedebat ad locū vbi erat ignis ingentissimus ꝓpter qd̄ prio ex frigore forti facta est exsiccatio humiditatis cōtinuantis pilum in loco suo ⁊ facientes ipsuȝ adherere deinde ignis dilatando poros fuit cā quare inde pili caderent. Et hec eadē fuit cā illarū macularū. nam ignis sua caliditate attraxit sanguinē ad partes tibiaꝝ ⁊ coxarū. vnde partes ille ad quas fuit atractio facta fiūt rubee cū vero sanguis ad ea loca tractus fuerit a regimine nature destitut⁹ vergebat siue incipit ad nigredinē declinare ⁊ tunc color apparens videt esse violaceus medius. s. inter rubeū ⁊ nigrū. Ulterius vero ꝓcedentis fit niger sicut videmus fieri in ꝑcussionib⁹ in prio loc⁹ fit rube⁹ sanguine ad locū attracto deinde violaceus tādē niger. ¶ Ex quo apparet ꝙ ille macule nō debent dici morfee. ¶ Debilitatis vero tibiarū cā fuit malitia cōplexionis debilitantis neruos acquisitos a frigore ꝓ cuius cura fiat inunctio cuȝ infrascripto vnguento.

Unctio tibiarum.

℞. marciaton vnguētū agrippe ⁊ dialtee añ. ℥. ß. laudani. ʒ. ij. storacis calamit. ʒ. j. ß. misce cū hoc vnguēto tibie vngantur qñ vadit dormitū. Deinde supligetur petia lini calida de mane qñ surgit lauet cū vino paucifero decoctionis saluie foliorū cipssi ⁊ mirtorū ⁊ debite sine fricatiōe exsiccent ⁊ que scripta sunt cōuenienter fierent de mense Nouēbris antequā frigora maiora fierent ⁊ in principio Martij vbi necessitas vrgeret ⁊ sunt iteranda ⁊ cōtinuanda si necessitas requirat. ¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ De mala complexione fri. ⁊ hu. stomachi ⁊ caliditate renum.

¶ Consilium. 23.

Casus:

Vir quidā nobilis anno. xxxij. virtute totius satis fortis cōplexione sanguineus: cuȝ aliquali colere admixtione exercitij ciuilis lȝ nōnūquā excedat equitando ⁊ venando: stomachi declinantis ad frigiditatē ⁊ humiditatē: renūq; calidorum patit a mēse Augusti. M. cccclxix. dolorem quendam aggrauatiuum in pectine ⁊ periteneon cum temporis interuallo. ¶ Cū vero accidit solet durare illi quattuor aut quinq; horis. Uerūq; paroxismi posteriores fuerunt priorib⁹ leuiores.

Accidens:

¶ Huic dolori associat frequens mingendi volūtas q̄ aliqñ ante doloris aduētum excitat interdū postq; dolor cessauit remanet durans per duos aut tres dies.

Aliud.

¶ Apparent ꝑterea tpe doloris arene minutissime ad albedinē declinātes cū aliq̄li dolore pungitiuo ĩ extremitate virge.

Causa doloris.

¶ Cā doloris primitiua fuit quedā violenta equitatio siue cuiusdā equi exasperatio. Nā ex ea facti sunt renes calidiores ⁊ ad materiam recipiendam aptiores ob debilitatem cōsecutam ex equitatione

illa imoderata. vnde renes caliditate superflua ma
teriam attraxerunt cui materie minus debilitate re
stiterint materia inde in renibus recepta ad vesicaz
pulsa cā est cōiuncta doloris supradicti grauatiui.
¶ Cā aūt aūcedēs ē materia existēs in venis aut epa
te apta a renibꝰ trahit ⁊ ad vesicā expelli. Hec autē
materia vr̄ eē flegma a dn̄io cui aliqd colere ē ad/
mixtū. Et dici pt̄ flegma salsuz. nā arenule apparē
tes ad albedinē declināte attestant̄ materiā eē fleg
maticā aut ad flegmaticitatē decliuē. Cause supra
assignate sūt doloris q p̄rio icepit. Alioꝝ vero do/
loꝝ qbꝰ ꝑ iterualla est vexatꝰ forsan nō iteruenit cā
primitiua: sed sola renū caliditas cū debilitate sua
vna cū materia apta ad renes attrahi ⁊ ad vesicaz
expelli. ¶ Ex his faciliter causa assignari pōt fre/
quentis mictus antecedentis paroxismū ⁊ sequētis
post ipsum ⁊ existētis cū adest paroxismus. Nā ma
teria que ad vesicaz pellitur que est doloris factiua
participat acuitatē vt supra dictum est. Cum ad ve
sicaz mittitur aut in ea retinetur nōduz tante quā/
titatis ꝙ dolorem causare possit est tñ tanta vt im/
primere possit in virtutē sensitiuā vesice impressio/
nez nocentē: quo nocumento ꝑcepto virtus expul/
siua vrinā expellit ēt si modica sit vrine quātitas.
¶ Et hec est causa frequentis mictus ante aduentū
ꝑoxismi. Cū vero materia faciēs dolorē adeo pau/
cificata fuerit ꝙ dolorē causare non possit remanet
tamē de ea tantū vt virtutē expulsiuā excitet. ⁊ hec
est causa mictus frequenter postquā dolor cessauit.
¶ Et ex istis apparet quare adest frequentia mictus
quando dolor est presens. ¶ Posset aliter istius effe
ctꝰ causa assignari: sed puto assignatas oēs esse prin
cipales ⁊ sufficiētes. ¶ Et eedē supra assignate cāe
sunt doloris pungitiui in extremitate virge. naz ea
pars est reliquis partibus virge magis sensitiua.
¶ Stāte supradicto casu queritur a me Bauerio:
Consiliuz vtrū aliqua balnea naturalia huic dispōni cōferēt.
super cāu. ¶ Premissis his que ante accessuz ad balnea pre/
mitti debent.
Respōsio: ¶ Ad hec respōdetur premitēdo p̄rio ꝙ balneorū
naturalium quedam sunt que bibuntur. quedam ve
Distinctio ro in quibus solum corpus infunditur. Et horum
balneorū. multa est diuersitas: qm̄ q̄daz sunt ferrea: quedam
enea: nōnulla aluminosa: quedam cinericia: quedā
attramentalia. Et sicut minere sunt diuerse ita ho/
rum balneorum diuersificantur virtutes vt plane
videri potest. secunda primi cap. illo. Quidam orna
Balneum te loquentium. ¶ Hoc premisso dico ꝙ balneū por/
porrete. rete quod bibitur in premisso casu conueniret. Qd̄
probatur: quia illud conuenit ꝙ euacuat causam an
tecedentem doloris ⁊ confortat stomachum ⁊ epar
⁊ renes ⁊ vesicaz ⁊ membra expulsiones mundat ab
arenulis ⁊ ab alijs materiebus in vesica contentis.
sed porrete balneum est huiusmodi conuersio ⁊c.
Antecedens pro maiori est notum. Minor declara/
tur. nam balneum porrete aliquid habet nitri gra/
tia cuius soluit: participat vero alumine pauco cuiꝰ
causa mēbra vnit ⁊ cōfortat. Qd̄ has virtutes par/
ticipet sepius apparuit ꝑ sublimationez. Nō tamē
est negandū ꝙ aliqd̄ sulfuris participet sz res adeo
modica ē vt gustu ⁊ olfatu percipit̄. Et ꝙ huiusmo
di balneū modice ē caliditatis actualis. nā fere ē te
pidū. Et pariter est exigue caliditatis virtualis. Ex
qbus minor declarat̄. Nā ratiōe nitrositatis vētrē
soluit ⁊ vrinā ꝓuocat ⁊ interdum vomitū fm̄ diuer
sas sumentium dispositiones ⁊ ita corpus ab humo
ribus purgat prauis. Gratia vero aluminis partes
membrorum vnit ⁊ cōfortat. Nec dubiū est ꝙ re/
nes aut epar incēdant̄ quoniā aut est frigida respe/
ctu istorum membrorum calidoruz supra tempera/
mentum: aut per accidens infrigidat euacuādo co
leram conseruatiuam caliditatis dictorū membro/
rum: quēadmodum dicimus reubarbarum corpus
colericum infrigidare. ¶ Eorū vero balneorum in q
bus sine potu tantum corpus balneatur quedam cō
ueniunt: nō tamen omnia. Nam solum ea que mine
ram haberēt ferri aut eris. nam ista cōfortando mē
bra nutritiua cuius sunt epar ⁊ stomacus vt apparet
in capitulo supra allegato ⁊ vniendo ptes renū ⁊ ve
sice faciunt ne ista membra materiam ad se transmis
sam recipiant immo repellent. repellunt enim mem
bra cōfortata stipticis. iij. tegni. Remittunt etiam
superfluaz caliditatem epatis ⁊ renum. ¶ Et ex his
apparet ipsorum cōferentia istorum balneorum que
dam a me sunt experta videlicet balneum auinionis
comitatus senarum balneum caldenallarum prope
petriolū ⁊ balneum aquarū territorij pissarum bal
neum ville in territorio lucano. ¶ Et si omnia dicta
balnea habent minerā ferream cum aliquali partici
patione eris nullum tamen istorum ꝓposito nostro
magis conueniret quam balneum de aquis territo/
rij Pisani. Nam est vere nullius caliditatis actua/
lis confortat membra naturalia ⁊ expulsiōis affert
multa comoda absq aliquo incōmodo ⁊ multos ad
hoc misi propter discrasiam calidam membrorum
naturalium quibus mirabiliter profuit. Balneū aui
nionis est multe actualis caliditatis propter qd̄ mul
ti debilitant̄ ⁊ nequeunt eo pati aut nō sine labore.
Et idem dico de balneo dela villa ꝓpe corsenā Bal
neum caldenallarum: temperationis est caliditatis.
Et magis laudo in casu predicto post balneū d̄ aqs.
¶ Cum in vrbe roma essem aliquos prelatos audiui
balneum de rota laudare ⁊ ꝙ ad calculum valebat.
Nunq̄ visitaui id balneum nec experiētia virtutū
eiꝰ sum doctus id̄o de eo nihil scribo. bene Valete.
¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ De rubore faciei pustulose.
¶ Consilium. 24.


Dispositio spectabilis viri Martini de in/
signi ciuitate regij est grauis ⁊ multum ve
renda. Nam est rubor faciei pustulosus q̄
rum alique veniunt ad vlcerationem. vn/
de reddit̄ facies turpis: Et solet talis dispositio pre
cedere lepram: Immo plerūq est principium eius.
Unde Rasis. xxv. cōtinentis. Et accidit ista passio
plurimum hiemis tempore. Et non accidit in estate
plurimum quia ipsa accidit ex frigore ledēte faciem
de qua proprie nō dissoluitur vapor quare facies si
milis erit faciei leprosi. Et Auic. septia quarti. Hec
passio est rubedo extranea sil̄is rubedini eius in quo
¶ Primo accidēti pṽideꝫ prohibendo ne veniat. Premittēdo antequā dominatio vestra iter icipiat flobothomiā aut pharmaciā fm q̄ videbiꝫ esse necessariū medico presenti. Hunc canonē posuit Aui. tertia primi cap. de regimine iter agētiuȝ vbi dixit. Oportet p̄terea ne eat in vias repleto sanguine aut alio. s. humore: sed corpus suum prius mundificet. Deinde incedat. ¶ Et vtaꝫ vino albo aut colore medio inter albuȝ ⁊ nigruȝ sitq̄ȝ claꝝ in substātia subtile nō dulce neq̄ȝ multū austerū. ¶ Panis sit ex bona farina bene coctus ⁊ fermētatus nō nimis antiquus nec minoris etatis quā vnius diei. ¶ Carnes sint facilis digōnis boni nutrimēti ⁊ paucarū superfluitatū sicut sunt perdices fasiani capōes pulle carnes edi castrati annual' ⁊ vitule lactantis. ¶ Pisces sint electi cuiusmodi in mari sunt treuge passeres solee deaurate ⁊ sil'es. Ex aquis dulcib⁹ sunt trute lucij barbuli pisces parui squamosi degētes in aquis fluentibus ⁊ petrosis. ¶ Cōueniūt oua recētia nō dura in aqua cocta. ¶ Dimittat oēs fructus: oīa legumina: caseū: ⁊ oīa cibaria que nutrimētū grossum ⁊ viscosum generant. ¶ Non se exponat itineri immediate post cibum iuxta illud Auic. tertia primi cap. superius allegato. ¶ Amplius equitare non dȝ plenus cibo ne cibus eius corrumpatur cum necessitatem habeat bibendi aquam ⁊ augeatur sonitus ⁊c. ¶ Differat saltez duabus horis post cibū assumptū antequā equitet. ¶ Non se multo cibo repleat sȝ surgat a mensa cum reliquijs famis ⁊ melius esset facere cenā prandio copiosiorē si nō sit q̄d p̄hibeat ex parte catarri aut alterius dispositiōis. ¶ Nō bibat post cibū nec bibere icipiat quousq̄ȝ quinq̄ȝ aut sex bolos acceperit. ¶ Uentrē teneat lubricū si nō natura saltem arte sumēdo ante cibū per mediā horam: mediam tertiam brodij cū. ℥. j. zuccari rub. Aut sumendo vnum ciatū brodij in quo. vj. aut septē pruna fuerint bulita aut sumat brodiuȝ in quo spinacia vel blita bulierint. ¶ Et sumat ante cibū coclear electuarij q̄ sic fit. Recipe prunoꝝ damascenoꝝ nūero. x. sebesten numero octo passularū enucleataruȝ ℥. j. floꝝ violarū. ℥. ß. bulliāt ista in libris qnq̄ȝ aq̄ vsq̄ȝ ad cōsumptionem duaꝝ partiū coleꝫ ⁊ colature addaꝫ cassie pinguis nouiter tracte. ℥. iij. ⁊ bulliant vsq̄ȝ ad spissitudinē mellis. ⁊ in fine addantur foliculoꝝ sene optie puluerizatoꝝ. ℥. ß. ʒ. j. ß. zuccari rub. quantū sufficit ad faciēduȝ electuarium.

Vinum. Panis. Carnes. Pisces. Oua. Fructus. Potus. Bn̄ficiuȝ. Lenitiuū.

¶ Somnus sit de nocte ⁊ nō de die nec prius dormire icipiat quā due hore trāsiuerint a fine cene. ¶ Caueat ab accidētibus aīe: cuius sunt timor ira odium ⁊ similia bene speret gaudeat ⁊ letetur. ¶ Si hos canones quos prescripsi seruabit Mag. d. U. non dubito facile preseruabitur ab incursu in febreȝ in hac vestra peregrinatione.

Somnus. Accña aī.

¶ Scd̄m accidēs. Curaꝫ abstinēdo a cibo ⁊ dormire sup maturationē. Deinde offeraꝫ cibus q̄ sic fit. Recipe pullū aut pdicē assatā: ⁊ antequā asseꝫ lardeꝫ bene: ⁊ tunc sepe aspergaꝫ cū aqua rosata ⁊ vio maluatico in q̄bus aliquid gariofiloꝝ sit dissolutū. Et cū fuerit ꝯpleta assatio eleuenꝫ ale ⁊ coxe nō cōplete ⁊ aspergaꝫ succo limonū vel arātij vel granatorū aqua rosata ⁊ modico vini maluatici. ⁊ postea bene cooperiaꝫ ⁊ serueꝫ cal'm. Et cum est hora comedēdi discooperiatur ante. d. U. naȝ cibus iste boni odoris qui multū restaurat appetitū ⁊ bōi saporis. ¶ Stomacho supponaꝫ hoc medicamē. Recipe masticis spice cinamomi xilobalsami añ. ʒ. j. foliorum mēte absinthij añ. ʒ. ß. panis parum adusti ⁊ postea in aceto infusi. ℥. j. deinde oīa in mortario incorpora ⁊ addendo tm̄ mellis quantū sufficit ad bonā cōglutinationem medicinarum.

Ad debilitatē appetitus. Stōaticō

¶ Tertium accidēs remoueꝫ vel ei succurriꝫ cōcedēdo carnes auiū degētiū in aquis cuiusmōi sunt anates anseres mergones ⁊ alia si. Et vtaꝫ reb⁹ vnctuosis: sicut butyrū ⁊ carnes multū pingues qualis est pīguedo q̄ est circa renes. Et debēt cibi tales in p̄ncipio mēse accipi. ¶ Cōfert ad hoc cib⁹ q̄ sic fit. Recipe granoꝝ pini. ℥. ß. pistenꝫ i mortario postea incorporenꝫ cū adipe renum ⁊ fiāt forme sil'es auellane de q̄bus ante cibū sumat vnam aut duas vtaꝫ sepe granis pini ⁊ vino dulci.

Ad macrefactionez. Cibus.

¶ Quartū accñs q̄d est sitis magna curaꝫ ponēdo corallū in aqua postea retinere i ore. Itē ponaꝫ palea ordei in aq̄ quousq̄ȝ ac sit bn̄ macerata postea teneaꝫ in ore. ¶ Ampli⁹ ad idē valet sorbitio aq̄ cū modico aceti. Et potus syrupi de acetositate citri aut de limonib⁹ cū aq̄ fontis. ¶ Itē syrupus violaceus cuȝ tātūdē aq̄ ordei. ¶ Ad eādeȝ intētionē valēt saculi pui pleni seis citonij ⁊ psilij ⁊ retineanꝫ i ore cū pri⁹ fuerint in aqua ordei infusi. ¶ Ualent ēt ad idē pill'. que sic fiunt. ℞. seis papaueris albi seis lactuce succi liquiritie draganti amidi ana reformentur pill'. cum succo portulace ⁊ comprimātur ad formā lupini ⁊ retineantur in ore.

Ad sitim. Pill'e.

¶ Quintū accñs. Curaꝫ faciēdo hoc clistere videlicet. ℞. balaustiaꝝ granoꝝ mirti hipoquistidos copularuȝ glādiuȝ añ. M. j. decoquanꝫ oīa in lib. iij. aque vsq̄ȝ ad cōsumptionē medietatis postea coleꝫ ⁊ fiat bona expressura de hac colatura. Recipe lib. j. olei mirtini in olei citoniorum añ. ℥. j. ß. sepi yrcini. ℥. j. dissoluatur sepum in decoctione. deinde re-

Ad fluxuz ventris. Clistere.

liqua addant̄ ⁊ tepidū stomacho ieiuno hoc clistere
Unctō sto machi. supponatur ⁊ retineatur tādiu quam poterit. ¶ Fiat
stō hec inunctio videlꝫ. ℞ olei mirtini olei de
citonijs olei de mastice añ. ℥. ß. coralorum rub. tro-
ciscorum de spodio boli armeni gallaruꝫ cipssi añ.
Suffumi. ℥. ß. ʒ. j. cere. q. s. fiat vnguētum molle. ¶ Suffumi
get vēter totus cū hoc suffumigio qui sic fit. Reci
pe balaustiaꝝ pinearum thuris mirtilorūꝫ storacis
acacie picis. añ. fiat puluis de quo supra cineres be
ne calidos superaspgat̄ ⁊ fiat vt dictū est. ¶ Sumat
ante cibū per mediam horam. ʒ. ij. istius cōfectiōis
Confectio ℞ diacitoniten sine speciebus. ℥. ij. masticis
coriandrorū preparatorum añ. ʒ. j. ß. incorporentur
omnia simul ⁊ cum miua de citonijs reducatur ad
modum electuarij.
Ad siccitatē ventris. ❡ Sextum accidēs curat̄ cū his que dicta sunt in
primi accidentis cura.
Ad lassitudinem. ❡ Septimū accidēs est diligēs cura impēdenda.
Nā studiū impēdere in medicādo lassitudines est a
multꝫ se curari egritudinibus. Ex quibꝰ febres sunt
Auic. tertia primi cap. de medicādo lassitudinē que
ex exercitio prouenit. ¶ Harū lassitudinū quattuor
Una spēs sunt spēs. ¶ Una est in qua est quedaꝫ impotētia ad
motum siue quedā difficultas cum qua sentit̄ qdaꝫ
dolor similis illi qui sentitur in vlceribus. Hec cu-
ratur diminuendo primo exercitium. Et si corpꝰ fue
rit repletum euacuetur. Scdm exigentiā humorūꝫ
peccantium. Et fiant ieiuno stō fricatiōes leues cuꝫ
pāno subtili aut manu. Et si interius senserit calidi-
tatem inungat post fricationes corpus cum oleo de
salicibus aut violato. Si vero caliditatē non sense-
rit inungat cū oleo de camomilla aut de aneto. Et
vtatur cibis facilis digōnis ⁊ boni nutrimēti ⁊ vino
Alia spēs: albo optime cum aqua mixto. ¶ Si autem cuꝫ im-
potētia senserit ad modum extēsionis ac si membra
extēderent̄ tunc est alia species. Que curat̄ faciēdo
fricatiōes leues in loco calō. Et balneat̄ corpus in
aqua tepida. Et post balneationē abstergat̄. Et ide
cum oleo de camomilla aut lilij inungat̄. Et vtatur
victuū tam pauce quātitatis. Exerceatur corpꝰ ex-
Alia spēs. ercitio tēperato. ¶ Si fuerit dolor sicut sentitur in
apostematibus cū tali impotētia ad motum: tūc est
species tertia. Cuius cura est inungēdo corpus cum
oleo de aneto tepido cū fricatōe leui eligat̄ hora de
Alia spēs. clinās ad calitatē quādā. ¶ Sed si rarefactio cū im
potētia mouendi sentit̄ est spēs quarta q̄ remoueat̄
balneādo corpus in aq̄ paꝝ plus calā q̄ꝫ tepida ⁊ cū
ab ea exiuerit in aq̄ frida se submergat ⁊ modicū in
ea moret̄ postea cibo pauco ⁊ būectatiuo cibet̄ de se-
ro fiāt fricatiōes leues ⁊ ide inungat̄ corpꝰ cū oleo
de salicibꝰ. ⁊ hoc quantū ad primum cap.
Caplm secundum. ❡ Caplm scdm. Multa accidētia occurrere solent
his qui per mare nauigāt. Primum est nausea ⁊ vo
mitus. Scdm est vētris fluxus. Tertiū vero est do-
lor capitis. Quartum sitis valida. Quintū fetor ma
ris intollerabilis. Sextū vigilia īmoderata. Septi-
mū debilitas virtutū. Octauū abhominatio oīum
cibariorū. Nonū macrefactio corporis.
Ad nauseā ❡ Primo accidēti. Si proueniat ab hitimorū agi-
tatione siue a timore ꝓpter maris periculū antequā
veniat ei succurrēdū est ei: sumēdo post cibum duo
aut tria frusta diacitoniten sine spēbus: aut coclear
vnū coriādrorū ꝑparatorū vnius coopture zucari.
Aut. ℥. ß. huius ꝯfectiōis que sic fit. ℞ diaci-
toniten sine spēbus lib. j: masticis. ʒ. j. ß. granorum
coriādri ꝑparati misceātur prius optīe puluerizati
⁊ cum miua de citonijs fiat electuarium.
Ad vōitū. ❡ Scdo accidēti. Succurrendū est primo cū frica
tionibus manuum brachioꝝ tibiaruꝫ ⁊ pedum. Et
aspergatur facies cum aqua frigida. Ligentur bra-
chia cum institis circa adiutoria ligatura dolorosa
⁊ coxe prope inguina ⁊ tibias. ¶ Si hec nō contule-
rint apponatur vētosa magna in loco intra vmbili-
cū ⁊ os stomaci. ¶ Et fiat suppositorium cum melle
inde inuolutum in pulueribus yerepigre aut pulue
re colloquintide: Uel fiat cum carne salita: Aut cuꝫ
candela sepi. Uel radice blite infusa in aqua salita
Et ista suppositoria fiant. ¶ Si cum istis accidentibꝰ
nō complicatur fluxus ventris ponantur manus in
aqua frigida. ¶ Inungat̄ stomacus cū hoc vnguēto
videlicet. ℞. olei de mirto olei de mastice olei de ci
tonijs añ. ℥. j. galie musc. ʒ. j. laudani. ʒ. ß. seminis
coriandri prepati ligni aloes añ. ℥. ij. gariofilorum
añ. ℈. ij. corallorum rubeorūꝫ. ʒ. ß. cere quātum suf
ficit ⁊ fiat vnguentum molle. ¶ Confert etiam in ca
su isto sumere ante prādium per. iij. horas syrupum
qui sic fit. ℞. miue de citonijs. ℥. j. syrupi de menta
℥. ß. aque decoctionis coriandrorū ꝑparatorūꝫ. ℥.
iij. misce. ¶ Sint cibi facilis digestionis ⁊ boni nu-
trimenti ⁊ preparati cū succo citoniorum arantiorū
vel limonū aut granatorum.
❡ Tertio accidēti. Succurrat̄ sumēdo ⁊ vtendo q̄
dicta sūt in primo accidēti. Nam illa quietant ma-
teriā que est in stomaco a qua eleuātur vapores do
lorem capitis faciētes: ¶ Liniatur frons ⁊ tempora
⁊ caput totum cum hoc linimēto. ℞. olei rosati olei
nenufaris añ. ℥. j. semis lactuce seīs papaueris albi
añ. ℥. ß. anisi feniculi. añ. ℈. ij. ypoquistidos acacie
masticis ana. ʒ. ß. cere quantum sufficit fiat vnguen
tum molle.
❡ Quartū accñs. Curat̄ vt dictū est ī ca. ꝑcedēti.
❡ Quinto accidēti. Prouidetur ꝑ vsum electuari
orum cor ⁊ cerebrū confortātium: sicut est pliris ar
coticon: diābra: diantos: diamargariton. ¶ Et post
cibū masticare gariof. aut nuc. musca. ¶ Teneatur ī
manu laudanum aut pomū ambre cuius ponam de
scriptionē. ¶ Eligatur locus a sentina remotus ⁊ ca
nalibus ī quibus aque fetētes proijciuntur. ¶ Caue-
at quātum pōt ab oppressione hominū q̄ ambulāt
sepe supra ꝑtem detectā nauis. ¶ Et sepe mittentur
vestimēta. Et infra eas teneatis aliqd odoriferum: si
cut flores lauēdule muscus vel aliquid tale.
❡ Sextum accidēs. Curatur sumēdo per duas ho
ras post cenaꝫ quando vadit dormitum. ℞. syrupi
violati syrupi de nenufare syrupi de papauere. añ.
℥. ß. aque decoctiōis papaueris. ℥. iij. misce. ¶ La-
uētur pedes ⁊ brachia in sero quādo vadit dormitū
cum hac lotione. ℞. florum nenufaris violarū lactu
carum solatri foliorū vitis añ. m. j. aneti florum ca
momille añ. m. j. ß. decoquātur insufficiēti quātita
te aque ꝓ lotione. ¶ Ad idē confert odorare oleū ne
nufarinum vl̄ frustum opij.
❡ Septimo accidēti. Succurratur sumēdo partes
duas brodij pulli: aq̄ buglosse partē vnam: vini mal
uatici parteꝫ mediam ⁊ bibat̄ stomaco ieiuno. ¶ Ad
idem valet contusum pulpe gallinarū caponū perdi
cum vel fasianorum. ¶ Itē aqua sublimationis gal
linarū vel caponū. ¶ Et si senserit frigiditatē vel tē-
pus fuerit frigidū vtat̄ isto electuario sumendo de
mane. ʒ. j. ß. cuius descriptio ponit̄ in canone ⁊ vo-
cat̄ confectio de iacincto. Itē ad idē valet dyamu-
scus dulcis descriptiōe Mesue in suo antidotario:
Et adhuc diamargariton descriptione Nicolai in
suo antidotario. ¶ Si vero tempus calidū vel sense
rit caliditatem vtat̄ diaboriginato zucaro rosato
cōserua nenufaris cōdito de violis: simul: vel diui
sim ponēdo. ʒ. ij. in brodio pulli ⁊ bibere. Aut sumē
do ī estate cum aqua acetosa vel rosata vel aqua fon
tis. ¶ Ualet lauare manū cuꝫ aqua rosata cui aliqd
vini maluatici vel alteriꝰ boni vini sit admixtū.
Octauo

Ad abominationem. Ad maciē.

⸿ Octauo accidenti. sucurratur cū his que dicta
sunt in capitulo precedenti.
⸿ Ad vltimū valēt oīa q̄ dicta sunt in ca. septimo.
¶ Ad idē valet electuariū. Qḋ sic fit. ℞. pulpe capo
nis piguis ⁊ bñ cocte lib. ß. ⁊ cōtundat̃ in mortario
lapideo optime qua ꝯtusa addat̃ iste puluis: ℞. cina
momi cardamomi gariofili galāge folij añ. ʒ. ß. li/
quiricie rase. ʒ. ij. pineaꝝ mūdataꝝ ⁊ īfusaꝝ ī aqua
calida amigdolarū ꝫ mundatarū añ. ℥. j. seminū
cōium frigidoꝝ. ℥. ß. seis papaueris albi. ʒ. ij. ⁊ oīa
ista cū p̄dictis optīe īcorporent̃. Et postea accipiat̃
li. j. zucari optimi dissoluti ī brodio pulli vel capo/
nis siropizet̃ cū rebꝰ positis ī mortario ⁊ reducant̃
oīa ad formā electuarij de quo sumat de mane. ʒ.
iij. stō ieiuno cū. ℥. ij. vini grossi dulcis ⁊ post ipiꝰ
assumptionē differat prādiū p duas horas ⁊ me/
lius esset p tres. Et hec quātū ad capitulū scḋm.

Capl'm tertium.

⸿ Capitulū tertiū. In p̄seruatiōe a peste glorio
sissime sunt pill'. q̄ ifra scribent̃ quaꝝ sumat̃ a tribꝰ
vsq3 ad quinq3 duabꝰ aut tribꝰ vicibꝰ iebdomada su
mēdo eas in aurora sup quas pōt dormire hora. j.
Cū eas sumpserit differat prādiū suū p quinq3 ho
ras saltē p q̄ttuor.

Pill'. optime.

℞. aloes sucotrini. ʒ. iij. agarici
ʒ. iij. mirre electe. ʒ. ij. croci. ʒ. j. seis citri seis aceto
le añ. ʒ. ß. termentille corticis citri. añ. ℈. j. coralo/
rū rubeoꝝ. ℈. ij. boliarmeni. ʒ. ij. cāphore gra. ij.
agaricꝰ icidat̃ frustratim īfundat̃ p sex horas ī oxi/
melle simplici ⁊ alia puluerizent̃ ⁊ simul incorporē
tur ⁊ cū syrupo de acetositate citri fiat magdalion
seu masa pillularis. Cum voluerit vti ex qualibet.
ʒ. fiāt octo ⁊ asp̄gant̃ cū boloarmenico ⁊ eis vtat̃
vt dictū ē.

Pill'. non solutiue.

¶ Ualet ēt multum vsus harū pill'. nō
solutiuarum quarum sumat a tribus vsq3 ad quinq3
in aurora aut quādo surgit duobus diebus aut tri
bus in ebdomada quando non capit pill'. solutiuas
supius descriptas. Et post ipsarū assumptionē dif/
ferat prandiū saltē tribꝰ horis. ℞. diptami. ℈. ij.
ligni aloes. ʒ. j. termentille. ʒ. ß. zedoarie bone. ℈.
ij. croci. ℈. j. ß. sandalorū rubeorū seis acetose seis
citri añ. ʒ. ß. boli. ʒ. ij. cāphore gra. ij. specierū ele/
ctuarij de gēmis descriptiōe Mesue ī suo antidota
rio. ʒ. j. ossis de corde cerui numero. ij. puluerizen/
tur oīa ⁊ cū syrupo de acetositate citri īcorporent̃
⁊ fiat massa ⁊ cū fuerit opus fiant pill'. ix. pro qua
libet. ʒ. ⁊ asp̄gant̃ cū boloarmeniaco. ¶ Tempore
veris loco syrupi de acetositate citri pro earum re

Pomum:

formatione ponat̃ triaca ⁊ fiat vt dictum est. ¶ Cō
fert ad idem tenere pomum in manu ⁊ eū sepe odo
rare. Qḋ sic fit. ℞. xiloaloes macis nucis musca. añ
ʒ. j. ambre musci añ. ℈. j. gra. viij. camphore. ℈. ß.
masticis. ʒ. ij. laudani quantū sufficit ad conficien
dum pomum istud conuenit tempore hyemis. ¶ Tē
pore estatis diminuatur quātitas harum rerum ca
lidarum ⁊ addantur sandali rose ⁊ similia. ¶ Ualet
etiam istud pomum ad succurrendum septimo ac/
cidenti precedētis capituli. ⁊ quinto eiusdē. ¶ Uta/
tur aceto in cibis ⁊ potu suo. preterea vti in cibo ⁊
potu in pestilentia est nocumenti ipsius securatio.
Aui. doctrina prima de regimine temporū cū noti
ficatione. ¶ Hec pauca digniora mihi visa sunt qui
bus securiꝰ poterit. M. v. p̄seruari. ⸿ Baueriꝰ.

⸿ De balneo porrete. ⸿ Consilium 36.

Ordo ī balneo porrete.

N stando ī balneo porerte īfrascriptus or/
do seruari debet.

In prima die.

⸿ Cū in balneo porrete fueritis debetis
vna die quiescere ī qua nihil agatis.

In secūda die.

¶ In
sequēti die ī ortu solis accedat3 ad aquā porrete: ⁊ ḋ
ea bibatis sex ciatos cōtinētes duos vrceos. ¶ Qui
bus bibitis redeatis ad hospitiū hincinde ambulā/
do ⁊ sic p horā stabitis. ¶ Interim aquā sumptā se
cedetis totā aut magnā partē. ¶ Exacta hora redea
tis ad aquā ⁊ bibatis ciatos quattuor cū dimidio
⁊ inde stabitis p horā ⁊ hoc tp̄e emittetis aquā to/
tā aut magnā partē. ¶ Postea iteꝝ ibitis ad bibēdū
iiij. ciatos cū dimidio vt priꝰ feceratis: deinde sta
bitis p horas. iij. ⁊ prādeatis. ¶ Trāsact3 horis. viij
a fine prādij faciatis cenā leuē aut collationē bonā
inde postea ad horā cū dimidia ibitis dormitū.

In die tertia.

⸿ In sequēti die q̄ erit tertia accessus vestri circa
solis ortū bibetis vrceos duos aq̄: ⁊ inde stabitis
p horā. Et postea igrediamini balneū si nō fuerit fri
gidū ⁊ stabitis in eo p horā. Deinde itrabitis lectū
⁊ corpe mediocriter pānis tecto vsq3 hoc q̄ dormia
tis videbitis si natura tēptat sudorē. ¶ Si sudaue/
ritis faciatis corpꝰ vestrū pānis calidis exsiccari.

Clistere.

¶ Et inde ad horā faciatis fieri hoc clistere. ℞. aq̄
porrete lib. j. ß. mellis. ℥. ij. olei. ʒ. iij. salis. ʒ. ij. ß. ⁊
calidū supponat̃. ¶ Clisteri reiecto accipietis prā/
diū vestrū: ⁊ in sero cenā in qua poteritis aliqd plus
comedere quā in die q̄ bibitis. ¶ Et hūc ordinē ser/
uare debetis quoad eritis porrete. s. vna die bibere
in tribꝰ vicibꝰ quinq3 aque vrceos alia die duos ⁊
balneū intrare ⁊ hoc dico si balneū nō ē fridū ⁊ si
fridū fuerit vt plerūq3 accidit dimittat3 ⁊ faciatis
fieri clistere hoc nullo pacto dimittat̃ qui plus ope
rabit̃ quā aqua que bibitur ⁊ iste modus est obser/
uandus per dies. xx.

In p̄cessu

⸿ Cū bibetis p dies. iiij. aquā faciatis fieri ad sto
machū vnctionē p horā ante cenā cū manu calida
℞. olei de absinthio olei de spica olei de mastice.
añ. ℥. ß. gal e mus. gariofiloꝝ macis galangi carui
anicos. añ. ℈. j. coralloꝝ rub. coriandroꝝ p̄paratorū
añ. ʒ. ß. cere albe parū ⁊ fiat vnguentū molle.

Spēs ī ferculis.

¶ Utamini sup ferculis vestris speciebꝰ q̄ sic fiunt.
℞. cinamomi electi. ʒ. ij. zenzi. ℈. ij. gariofiloꝝ me/
legete amomi seminis iclaree añ. ℈. j. sandalorum
rub. ʒ. j. croci. ʒ. ß. pistent̃ subtil'r ⁊ cribent̃ ⁊ fiant
species.

Cōfectōes

¶ Cōfectiōes sibi cōuenientes sunt coriādri
p̄parati habētis vnā zucari coopturā q sumendi
sunt in fine mense ⁊ nihil ide bibere. Et anisi vnius
coopture zucari de qbꝰ sumatis duas tertias vniꝰ
coclearis in principio mense.

Alia cōfe.

¶ Et cōfectio q̄ sic fit.
℞. zucari triū coctaꝝ. ℥. viij. aque ro. in qua infuse
fuerint. ʒ. ij. cinamomi quātum sufficit ad dissoluē
dum zucarum ⁊ fiat cōfectio in rotulis quarū que
libet sit medie vncie. De hac cōfectione potest sume
re in sero quando vellet facere collationem aut quā
do non sumeret anisos.

Uinum. Carnes. Panis.

¶ Bibat vinum album aut
cisiolum medium inter dulce ⁊ bruscum. ¶ Carnes
sint pullaꝝ castrati aut edi. Ab alijs abstineat. ¶ Pa
nem accipiat bene fermentatum cōuenienter coctū
qui sit vnius aut duorū dierum nō amplius triū.

Ferculū.

Ab alijs cibis abstineat. ¶ Pro ferculo vtatur pane
cocto: aut brodeto cū ouo facto: aut brodio in quo

Sōnus.

petrosillus fuerit decoctus. ¶ Caueat a somno diur
no. A fructibus omnibꝰ. Ab herbis crudis. A pisci/
bus. A caseo lacte butiro a pastis azimis a statione
ventorum ⁊ ab aere nocturno. ⸿ Bauerius ⁊c.

⸿ De balneo porrete. ⸿ Consilium 37.

Ibitis concedente deo ad balneum porre/
te. ¶ Cunq3 ibide3 fueritis quiescatis duo
bus diebus. Nisi quod ī die secunda facia
tis fieri clistere ante prandiū eo modo quo
ordinabit̃. ¶ Die vero tertia circa solis ortum acce
detis ad aquā de ea bibetis vrceum vnum cum di/
midio antequā a potu desistatis. Deinde redeatis
ad hospicium: ⁊ stabitis per horam aut per horam
cū dimidia. Et interim aquā sumptā emittetis to/

taz vel ptẽ maiorẽ. ¶ Postea redeatis iterũ ad aquã potãdã bibẽdo de ea vrceũ cũ dimidio vt priꝰ. Postea redeatis ad hospitiuz: ⁊ stabitis ꝑ horas tres: ⁊ hoc tpe egeretis fere aquã totã: ⁊ prãdeatis. ¶ Post prãdiuz ad septẽ horas faciatis fieri clistere qḋ ĩfra ordinabo. ¶ Et hũc ordinẽ seruabitis omni die quo steteritis porrete si qd noui nõ superuenirer. Quo minus ordo seruarerur sicut esset debilitas aut fortis dolor ⁊ cõsimilia. ¶ Quãdo a lecto de mane surgitis vngatis epatis regionem cum vnguento ad hoc ordinato. ¶ De mane quãdo surgitis ⁊ de sero ante cenã faciatis vngi regionez renuz ⁊ locuz ĩter testiculos ⁊ anũ ⁊ pectinẽ cuz vnguento ordinato.

Ad retentionẽ vrine.

¶ Si casus occurreret qḋ fieret vrine retentio succurratur sic. ℞. pitarie ⁊ buliat ĩ aqua porrete deide habeat̃ spõgia calida plus quã tepida ponat̃ femori ⁊ cum infrigidat̃ remouet̃ ⁊ sic fiat tribꝰ aut quattuor vicibus. ¶ Ad idẽ valet si pitaria decocta inuoluat̃ in petia linea subtili ⁊ femori apponat̃. ¶ Itẽ accipiat̃ vitriola siue pitaria ⁊ ponat̃ in sartagine ⁊ supaspgat̃ modico oleo de scorpionibus ⁊ cuz folia passa fient ponat̃ dicta pitaria super pectinẽ. Et cõsimili modo fieri põt cuz senationibꝰ siue crissonibꝰ.

Panis.

¶ Cibus dz eẽ panis debite coctꝰ ⁊ cõuenienter fermentatus absq̃ sale nõ pluris tẽporis duorũ aut triuz dieruz nec minoris vniꝰ diei a quo cortex excutiat̃.

Carnes.

¶ Carnes sint pullaꝝ edi castrati. Ab alijs abstieãt. Meliꝰ ꝑdicte carnes parant̃ elissando quã alio mõ decoquant̃ ĩ aq̃ cõi ⁊ nõ ĩ aq̃ balnei vt qdaz faciũt.

Vinum.

¶ Vinũ sit albuz aut cirioluz nõ dulce nec bruscuz siue põticũ multũ. ¶ Comedatis ĩ die bis sz nõ grauetis vos multo prãdio nec cena.

Ferculuz.

¶ Pro ferculo sumatis panẽ coctũ ĩ brodio aut bucellas panis ĩ brodio ĩfusas aut miliũ nõ vtamini spẽbꝰ ĩ cibis vestris.

Cõfectiões

¶ Ex ꝯfectionibus cõueniũt manuschristi amigdale cũ zucaro cõdite diamigdolatio siue marzapane ⁊ grana coriãdri habẽtiũ coopturã vnã zucari ⁊ h̃ post cibũ postq̃ nihil bibat̃. In casu vestro nõ ꝯueniũt anisi.

Clistere.

¶ Clistere quo vti debetis ẽ istud. ℞. aq̃ balnei lib. j. ß. cassie. ʒ. xij. olei vio. ℥. iij. salis. ʒ. j. ß. ⁊ totum calidum supponatur.

Ad ventositatem.

¶ Interdũ accidit ꝓpter potũ aq̃ vt ĩ stõ multiplicet̃ ventositas. Cui nõ ẽ tutũ cũ rebꝰ calefaciẽtibꝰ ⁊ carminãtibꝰ ab intra admĩstratis succurrere ꝓpter epatis ⁊ renũ caliditatẽ. Quare opz ab extra approximare q̃ ꝯferant de qbꝰ ẽ vnguẽtũ ad hoc ordinatũ cũ quo ante prãdiũ ⁊ cenã ꝑ horã vnã premissa leui stomaci fricatiõe faciatis inũgi.

Ad ardorẽ virge.

¶ Si magnus accideret ardor ĩ virga ĩmitiatis cũ siringa albumẽ oui. Aut lac. Aut emulsiõ. Seminis papaueris: quodcũq̃ iniectum dolorem remittit. ¶ Bauerius ⁊c.

¶ De podagra. ¶ Cõsilium 38.

Casus.



Dispositio venerabilis patris ⁊ eximũ decretoruz doctoris do. Ioã. bap. de vngaria vniuersaliter appellat̃ artetica specialiter vero dicit̃ podagra q̃ est dolor accidens iuncture pedis vel potiꝰ in ligamẽtis ⁊ corporibus iuncturã deforis circũstãtibꝰ. Vnde Auic. xxij. tertij auctoritate Gal. Et videt̃ vt nõ sit materia in neruis ⁊ cordis ĩmo in ligamentis ⁊ corporibus quibꝰ cõtinentur iuncture deforis secundũ qḋ dicit Gal. Et ꝓpter hoc nõ accidit vt ꝑueniat dispositio podagricorũ in doloribus suis ⁊ apostematibus ipsorum ad spasmum omnino.

Artetica podagra.

Cause. Cõiuncta:

¶ Istius dispositionis duplex est cã videlicet cõiuncta siue imediata ⁊ antecedens ⁊ primitiua. ¶ Cã ꝯiuncta ẽ materia flegmatica subtil̃ cũ aliq̃li mucilaginositate cui aliqḋ color ẽ admixtũ q̃ ꝓhiber viaz flegmati ad pedẽ.

Antecedẽs

¶ Causa antecedens ẽ flegma cui aliqḋ colere ꝑmiscet̃ qḋ aut sua ꝓternaturalitate vl̃ multitudie aptũ ẽ stimulare virtutẽ expulsiuã q̃ ipz ad pedẽ trãsmittit. ¶ Cã huiꝰ flegmatis qḋ est cã antecedẽs ẽ multiplex. s. mala ꝯplõ frigi. ⁊ hu. cerebri qḋ ꝑ nucã que ẽ eiꝰ vicaria ꝑma tertij trãsmittit materiã ipsaz ad pedẽ. Similr stõus huiꝰ venerabilis viri q est frigi. ⁊ hu. flegma multiplicãs: Et epar qḋ cũ statẽ gñat coleraz sua nãli cõplõne. Adiuuat ad hoc latitudo viarũ ĩter epar ⁊ ptes inferiores ꝑ q̃s materie iste faciliꝰ pellunt̃. ¶ Cãe vero ꝑmitiue sũt idebitꝰ ordo in regimĩe sex reꝝ nõ naturaliũ. ¶ Ex istis ꝯprehẽdi põt qḋ cũ illa dispõ sit ĩterpollata nisi adhibeat̃ diligẽs studiũ fiet ꝯtinua ⁊ pduceret ad ꝑuari onẽ gressus. Iste ẽ casus quẽ ego Baueriꝰ ex signis euidentibus ⁊ sufficientibus collegi.

Ordo.

¶ Cura. Duplex ẽ istiꝰ dispõis regimẽ. Vnũ ꝑ obita sex reꝝ nõ nãliũ admĩstrationẽ q̃ ꝑ dietã solet appellari. Aliḋ ẽ ꝑ potionẽ siue ꝑ rerũ medicinaliũ admĩstrationẽ. ¶ Regimẽ ꝑ dietã habebit sex capitula iuxta numeꝝ sex rerum nõ naturaliũ a quibus incipiam ⁊ primo ab aere.

Cura tam.

¶ De aere. Licet auctores medicine solum de aere videant̃ mentionẽ facere tãq̃ de eo quod magis ex rebus extrinsecis corpa nostra alterat. volunt inde ꝑ ipsum reliqua elementa intelligi. ¶ Cauendũ est ab aere grosso ⁊ ab aquis grossis. Nam tertia primi. grossities preterea aeris ⁊ aq̃ ⁊ que maxime est ĩ estate est ex eis q̃ ex cibis corrũpunt̃.

Auic.

¶ Et nocet ei aer humidus ⁊ ventꝰ austerinus ⁊ borealis. Et habitatio in locis terrenis ⁊ humidis ⁊ iuxta defluxus aquarũ. ¶ Et qr aer plus minus ve nocet secundum diuersaz pãnoꝝ tecturã ꝓp hoc ḋ aere loquẽdo doctores cum eo de vestibꝰ faciunt mentionem nõ teneat calceos aut planellas stringẽtes pedem aut dolorem facientes neq̃ eis frigus patiatur neq̃ nimium calorem.

Auic.

¶ Nocet multa corporis frigiditas pariter ⁊ capitis. Et nõ minus nimia earum ꝑtium caliditas. ¶ Eligere debet aerem clarum bene euentatum trãquillũ declinantẽ ad calidi. ⁊ sicci. ¶ Quod si talis a natura nõ habeatur fiat arte incẽdẽdo ĩ loco sue habitationis ignem ex lignis siccis boni odoris cuiusmõi sunt pinꝰ abies laurus sauina rosmarinꝰ ⁊c. Aut suffumigetur cum thure sandaraca laudano aut storace sicca ponẽdo de aliquo istorum sup prunas aut de oĩbus simul mixtis.

Auic.

¶ Habitet in loco a terra remoto posito inter duo solaria: cuiꝰ fenestre sint versus orien. ¶ Non appropinquet nimis igni nec ad ipsum pedes calefaciat nec dorsum igni ostẽdat. ¶ Corpus teneat ita pannis munitũ vt non rigeat neq̃ ita calidũ vt sudet seu extuet. Et idẽ de capite intelligatur: Mutet itaq̃ pannos secunduz temporis exigentiam.

Auic.

¶ De accidentibꝰ animi. Vitare dz iram furorem tristitiam sollicitudinem dolorẽ animi et corporis. Vnde gale. iij. tegni. Abstinere vero manifestum est quoniam ab intemperãtia oportet harum omnium anime passionum ire tristitie furoris timoris iuidie sollicitudinis exterminant etiam ⁊ hec mutant corpora ab ea secundum naturam cõsistentia.

Gal.

¶ Nocet etiam diffidentia ꝓseruatiõis ⁊ cure dispositionis sue. ¶ Cõuenit letari gaudere conuersari cũ amicis ⁊ dilectis ⁊ de salute sua ⁊ ꝓseruatione a doloribus pedũ bene sperare.

Auic.

¶ Et quia ĩ coytu delectatio quedaz est que ad accidẽtia aĩ ꝑtinet ideo coytus ad aĩe accñtia reducit̃ coytus nimius nocet. Et ab eo omni cura est cauendũ. Qḋ si aliquãdo fuerit eiꝰ vsus fit natura stimulãte ⁊ nõ cogitatio aut ĩspectio mulieris vel tactꝰ pudẽdorum. Fiatq̃ digestione celebrata in stomacho ⁊ epate: qḋ est tẽpus cõmuniter post cibum septem horarum.

Coytus.

¶ De motu

De motu ꝛ quiete.

¶ De motu ꝛ quiete. Nocet motꝰ oı̄s supfluus oı̄
tp̄e factus: ꝛ p̄cipue sup cibū: ꝛ longa statio sup pe/
des: ꝛ oē exercitiuz in quo multuz pedes laborent.
¶ Dimittendū est balneū aque dulcis. Et cauēduz
est a lotione tibiarū ꝛ pedū cuz eisdē aquis. Et a fri
cationibꝰ tibiarū ꝛ peduz cuz pāno lineo aut mani/
bus trahendo ad inferiora. ¶ Exercitiū temperatuz
pedestre aut equestre tp̄e quo pedes nō dolent. Et si
dolent sit dolor remissus ꝛ hora declinationis mor
bi ꝛ nō in principio eius. ¶ Cōuenit etiā nauigatio
aut vectio loco exercitij. ¶ Conceduntur fricatiōes
brachiorū cū pānis calidis īcipiendū est exercitiuz
cū cibis in stomacho ꝛ epate est digestus: Unn̄ Auic.
iij. primi. Et vt cibꝰ existens iā sit in stomacho dige/
stus. ꝛ epate ꝛ venis ꝛ vt alteriꝰ cibi hora iā aduene
rit. i. iam sit ꝓpinqua. Et fiat p̄io pulsis supfluita
tibus p̄ie ꝛ secūde digestionis. Unn̄ Aui. loco supra
allegato. opz p̄terea qui exercitaꝛ incipiat ꝛ supflui
tates ab inferiorib ꝰ expellat. s. ītestinis ꝛ vesica. de/
inde exercitetꝛ. ¶ Cōtinuādū est exercitiū donec mo
tus leuis ꝑseuerat aut corpus videbitꝛ velle sudare.
Unn̄ Aui. loco vt supra. qm̄ dū motus leues ꝑseue/
rant adhuc est hora. scz exercitij. Et paulo infra cū
sudoris vaporalis resudatio liquida facta fuerit di/
mittendum est exercitium.

De somno ꝛ vigilia.

¶ De somno ꝛ vigilia. Somnus supfluꝰ nocet ꝛ q̄
īmediate post cibū ē factꝰ. Cauere ēt debet a somno
diurno ꝛ ab eo q̄ fit sup dorsuz nec minꝰ nocēt vigi
lie supflue. Unn̄ Aui. ij. primi cap. xiij. Cū aūt vigi/
lie sunt multe cōplexionē cerebri corrūpunt aliquo
siccitatis mō ꝛ debilitāt ipz ꝛ cōmiscent ꝛ adurunt
hūores ꝛ egritudines faciunt acutas. Somnus aūt
multꝰ huiꝰ efficit ɔtrariū. ¶ De nocte dormiēduz ē
ꝛ nō de die: nisi lōga dormiēdi de die eēt ɔsuetudo:
nā subito dimittēda nō ē. Unn̄ Aui. tertia primi cap:
ix. In die quoq̧ dormire ē malū generat. n. egritu
dines humectātes ꝛ reumatismos ꝛ corrūpit calorē
ꝛ generat splenē ꝛ laxat neruos ꝛ efficit pigritiā de
bilitat desideriū ꝛ generat apostemata ꝛ febres fre/
quēter. Et paulopost subdit q̄ ī die dormire ɔsueuit
ipz subito īterrumpe nō dz absq̧ ordīe. Sit somnꝰ
q̄ntitatis. vij. horaꝝ nō ampliꝰ octo nec minꝰ sex. ꝛ
p̄io sup latꝰ dextrū. deīde sup sinistrū. Qđ si totuz
nō cōpleuerit somnū reuoluatꝛ sup dextrū. Somnꝰ
ēt sup vētrē laudatꝛ. Unn̄ Aui. c. supra allegato. Sz
q̄ ex figuris somni meliꝰ ē vt sup dextrū īcipiat de
inde ad sinistrū reuoluatꝛ. Qđ si eiꝰ īceptio sup vētrē
fiet auxiliū forte satis magnuz ī digerendo ꝓpterea
q̄ calorez retinet naturalē ꝛ ipm cōprehēdit quare
augetꝛ. Et ī. c. vij. tertia p̄mi oportet p̄terea vt post
cōmestionē primū sup latus dextrū dormiat pauco
tp̄e deinde sup sinistrū reuoluatꝛ postea reuoluat se
sup dextrū. neq̧ priꝰ dormire īcipiat q̄z hora cū di
midia aut due effluxerint a fine cene. Unn̄ Aui. tertia
primi ca. vij. Ampliꝰ nō illico post comestionē ē dor
miendū cibo natāte ꝛc. Sitq̧ capite bene eleuato ꝛ
corpore pānis debite tecto. Unde Aui. tertia primi
ca. de regimie eius q̄ cōmeditꝛ ꝛ bibitꝛ. ꝛ debes scire
q̄ multis coopire pānis ꝛ ceruices eleuare existūt ex
illis q̄ in digerendo adiuuāt. Imo corpꝰ tp̄e somni
debet eē pānis calidius q̄z tēpore vigilie. Unn̄ Aui.
ij. primi cap. xij. q̄ aūt ex dispōe somni est superans
q̄ in ipso calor occultatur ꝛ frigiditas manifestatur
ꝛ ꝓpter hoc oı̄bus membris tanta necessaria sunt
cooperimenta quāta in vigilijs non sunt necessaria:

De cibo ꝛ potu.

¶ De cibo ꝛ potu. Dimittat oı̄a cibaria mali nutri
menti: ꝛ quecunq̧ sunt difficilis digōnis: cuiusmo/
di sunt panis azimus ꝛ cibaria que ex pasta azima
fiūt sicut lagane ꝛ limeli ꝛc. Et carnes antiquas ve
bouum capraruz ꝛ similia ꝛ auium degētiū in sta/
gnis aut paludibus sicut anseruz anatum solicarū.
Et caro animaliū nouiter natorū. Unde Gal. viij.
terrapētice cap. ij. Fugiēda sunt quecūq̧ vetera ani
malia ꝛ nouiter nata. Nā hec q̄dem duriora sunt ꝛ
indigestibiliora. Illa vero q̄ oportet hūidiora ꝛ sup
fluitatez generātia ꝛ maxīe quecūq̧ animaliū sunt
hūida sicut oues ꝛc. Et īteriora animaliū sicut cere
brū pulmo ꝛ cutes ꝛc. ¶ Cauēdū ē a lacte ꝛ caseo ꝛ
ab ouis ātiquis aut frixis vel ꝑ decoctionē īdura/
tis. ¶ Pisciū vsus vniuersaliter ē malꝰ. ¶ Dimittē
da sunt oı̄a olera frigide ꝛ humide cōplexiōis ꝛ co/
ruz fructus vt cucurbite citruli ꝛc. ¶ Nocēt acru/
mina oı̄a vt cepe porrum alia ꝛc. ¶ Et oı̄a legumina
sunt mala. Unn̄ Gal. scđa aphor. in cōmēto aphor.
xvj. Hellenes inquit cuz ꝓpter indigētiā comedūt
legumina sequitur eos pedū debilitas. ¶ Et omnes
fructꝰ humidi sunt mali. Et p̄cipue citonia de quo
ruz ꝓprietate ē facere dolorē iuncturarū. ¶ Uinuz
subtile ꝛ acutū nocet ꝛ vinū grossuz ꝛ dulce ꝛ acetū
est malū. ¶ Eligere debet panē ex frumento optime

Panis.

mūdo bene fermētatuz ꝛ cōueniēter coctuz ī cuius
cōfectione ponatꝛ aliq̄d salis. ꝛ si nō eēt farina ex to/
to a furfure mūda eēt panis magis extersiuꝰ ꝛ citiꝰ
descēdit. Unn̄ Aui. tertia primi ca. vij. panis cū suo
furfure velociꝰ descēdit q̄z cribellatꝰ. Sitq̧ etatis
duoruz aut triū dierū ꝛ nō comedatꝛ calidꝰ cū a fur
no extrahitꝛ ꝛ ab eo cortex exterior excutiatꝛ qn̄ cōe/
ditꝛ. ¶ Carnes ex siluestribꝰ aı̄alibꝰ laudabiliores sunt

Carnes. Uolatiles

p̄senti ꝓposito q̄z ex domesticis. ¶ Eligantꝛ ex volati
libꝰ siluestribꝰ ꝑdices starne fasiani turtures allaude
ficedule ꝛ reliq̄ aues parue degētes in nemoribꝰ aut

Quadru. Domestice

pratꝫ. ¶ Ex q̄drupedibꝰ vō caprioli carnes ꝛ leporis
iuuenes ꝛ apri ꝛ cuniculi. ꝛ ceteris abstineat. ¶ Ex
domesticis volatilibus laudabuntꝛ carnes caponis
pulli gallie iuuenes ꝛ pipionū volare īcipiētiū ꝛ vi/
ctū extra domū q̄rētiū. ¶ Sz ex q̄drupedibꝰ laudā
tur carnes edi agni ānualꝰ castrati vituli boꝝ aı̄aliū
ꝑtes anteriores laudabiliores sunt posterioribꝰ. Et
q̄ sunt musculose ceteris sunt p̄stātiores. Et haꝝ q̄
fuerūt macre elixentꝛ q̄ vero pigues ɔueniētiꝰ assantꝛ

Oua.

¶ Ex ipis aı̄alibꝰ oua recētia decocta vt sint tremula
aut sorbilia sunt ɔueniētia. ¶ Casei vsus nō sit mul
tus: si aliqn̄ comedere ɔtigit sit ī fine mēse ꝛ sumat
duos aut tres bolos ꝛ sit caseꝰ frāgibilis nō visco/
sus etate mediꝰ īter recētē ꝛ antiquū a reliquo absti

Pisces.

neat ꝛ simꝛ a lacte ꝛ butiro. ¶ Pisces nō cōueniūt si
tamē aliqn̄ sumit sit ī vsu raro. Ex aq̄s dulcibꝰ mi/
nus mali sunt pisces ꝑui squamosi nō hn̄tes odorē
malū sicut lucij cauedāi trute carpiōes scardaue. Et
ex marefolie aurate passares trilie. ꝛ hi meliꝰ p̄parā
tur sup graticula cuz modico olei ꝛ aceto vngendo
aut cū vino elixādo ꝛ ꝑtes minꝰ male sunt cauda ꝛ

Herbe.

ꝑtes q̄ dorso adherēt caput vero ꝛ vēter sunt minꝰ
sane. ¶ Cōceduntꝛ ex herbis saluia maiorana petro/
sillus feniculꝰ borago buglossa ysopus sparagus ꝛ
lupullus ꝛ saturegia tēpore vero estiuo endiuia cuz

Radices.

speciebus suis. ¶ De radicibus herbaruz sunt sicut
carote ꝛ baucie. ꝛ ex floribus flores boraginis ꝛ bu

Grana.

glosse ꝛ roris marini ꝛ capares. ¶ Ex granis permit
tuntur far miliuz panicuz rizum ꝛ brodiuz ciceruz

Fructus.

rubeorū dimissis granis. ¶ Fructus qui conceduntꝛ
sunt sicut vue passe ficꝰ sicce pistachia grana pini tri
bus vicibꝰ in aqua calida infusa postea ī vmbra ex
siccata amigdale dulces excorticate ꝛ auellane priꝰ
torrefacte ꝛ inde mundate aliquādo conceditur pi/
ruz aut malū aliquod coctū in fine mēse sumptū cū

Species.

anisis habētibus vnicā zucari coopturam. ¶ Spēs
quibus vti debet sup cibis suis sunt. R. cinamomi
electi. ℥. j. zinzi. ʒ. ij. granoruz ꝑadisi cardamomi
gariofiloꝝ an̄. ℈. ij. pipis albi pipis nigri an̄. ʒ. j. ß.

ameos carui an̄.ʒ.ß.nucis musca.ʒ.j.croci.ʒ.j.ß.
pistentur omnia subtiliter ⁊ cribent̄ ⁊ fiant species.

Cōfectiones.
¶Confectiones q̄bus vti potest sunt coriandri pre-
parati habentes vnam zucari coopturam post cibū
⁊ anisi cū vna zucari coopertura ante cibū cum in
stomacho aut in intestinis vētositatē senserit zinzi.
censitū pignocati prius tamen granis pini prepa-
ratis ꝑ infusionez in aqua calida ⁊ diamigdalatuz
siue marzapane ⁊ manuschristi.

Uinum.
¶Uinū cōueniēs ē
illud quod inter nouū ⁊ antiquū ē mediū ⁊ q̄d ē in
substātia equale ⁊ est claruz ⁊ in sapore nec acre nec
dulce ⁊ ē habēs bonuz odorē cuius color ad rube-
dinem declinet ꝙ si nimis potēs esset cū eo ꝑ duas
horas comisceatur aqua decocta aut aqua cisterne.

De inanitiōe repletione.
¶De inanitione ⁊ repletione. Fugere debet om-
nem repletionem non solum humoralem de qua in
sequenti regimine per potionē sed etiam cibalem ⁊
precipue ciborū vetitorū. nā talis repletio generat

Aui.
fastidiū q̄d est causa multarū egritudinū. Un̄ Aui.
tertia primi ca.vij. Et preterea nihil ē deterius quā
fastidiū ⁊ ꝓprie cū fuerit fastidiū ⁊ malis nutriētib⁹
q̄m cū fastidiū ex grossis ꝑuenerit nutriētib⁹ quoni
am cuz fastidiuz ex grossis ꝑuenerit nutriētib⁹ here
ditare faciet iuncturarū dolores ⁊ renū ⁊ disniā ⁊
podagrā ⁊ splenis ⁊ epatis grossitiez ⁊ flegmaticas
egritudines ⁊ melācolicas. Et cū ex subtilib⁹ acci-
derit nutrientibus prouenient ex ipso febres acute.

Documenta.
¶Pro complenda intentione istius cap. quedam
documenta sunt habenda.

Primuz.
¶Primū post cibū nullū forte exercitiū ē faciēdū.

Secūdū.
¶Scdz. Cū ver⁹ fuerit appetit⁹ nō differat̄ cōestio.

Tertium.
¶Tertium. Stāte appetitu magno nō est comeden
dum vsq̄ ad sacietatem imo a mensa est surgendū
reliq̄js famis adhuc existentibus.

Quartuz.
¶Quartū. Stāte fastidio siue volūtate vomēdi aut
cibo prius assumpto nō digesto nō ē comedendum.

Quintuz.
¶Quītū. In eadē mēsa nō sunt comedenda cibaria
multum diuersa. Sed sufficiat vnum aut duo ⁊ ab
eo primo incipiat quod est facilioris digestionis.

Sextum.
¶Sextum. Cum comeditur masticetur bene cibus
sed in comedendo non protrahat̄ tēpus in lōguz.

Septimū.
¶Septimū. Nō ē bibēduz priusquā comedant̄ sex
aut septē boli ⁊ melius est parū ꝑ vice ⁊ sepe bibere
quā multum ⁊ raro.

Octauuz.
¶Octauū. Cū transiuerit hora media a fine prandij
aut cene nō bibat aliq̄d ⁊ ꝓcipue vinū ꝙ si sitis infe-
sta esset lauet os aqua ⁊ de ea parum transglutiat.

Nonum.
¶Nonū. Nō sit potus tant⁹ vt cibus in stomacho
natet nec ꝑ vice tātuz cibi sumat vt stomach⁹ gra-
uetur.

Decimuz.
¶Decimū. Si cōtingeret cibuz in stomacho
putrere. Q̄d cognoscet̄ ex eruptuatiōe fetida aut ma
lum saporē habentez. Antequā comedat vomitum

Uomit⁹.
prouocet. In prouocādo iste ordo seruet̄ ponat sup
oculos duas pallulas ex cotto vna ꝑ quolibet ocu
lo ⁊ ligent̄ cum benda. deinde si vomitus fuerit fa-
cilis digitis linguā cōprimat. Q̄d si hoc modo vo
mere nequiuerit sumat hoc vomitiuuz tepiduz. Et
postquā sumpserit stet ꝑ horā vnā inde digito i ore
imposito aut pēna molli oleo inuncta i gutture imis
sa ⁊ cū ea titulatione inducendo vomituz ꝓuocet.
¶Post vomitū stet horis duab⁹ antequā comedat.
Et illico post vomituz lauet sibi faciem cuz aceto ⁊

Terbētina
aqua rosata. ¶Si autem vomitus prouocari non
posset aut supra vmbilicum sentiret repletionē quā
cognoscet ex grauedine illius partis aut rugitu tūc
sumat.ʒ.vj.terbentine munde ⁊ clare cū.℈.ß.bau
rach loco cuius ponitur tantuz de salisgema. Mo
dus accipiendi est vt madefiat oscia aut nebula ⁊ in
eius medio ponatur terbentina. deinde cum coclea
ri sumatur in ore ⁊ transgluttiat sine masticatione.

Aut infundatur coclearium in oleo comestibili su-
per quod ponatur terbentina ⁊ accipiatur. Et post
eius assumptionez stet ieiunus horis quinq̄. ¶Sz
si pillule essent sibi gratiores quam terbentina su-
mat.℈.ij.ß.pillularum que sic fiunt. ℞.aloes opti
mi.ʒ.ij.mastic.ʒ.j.baurach.℈.ß.bdelij grana.vj.
misce ⁊ cum aqua hysopi reformet̄ pasta pro pillu-
lis. Ex qua cum opus fuerit reformen̄t pillule nu-
mero quinq̄ ponderis.℈.ij.ß. Q̄d si ventrem non
mouerent: sumat dictarum pillularum.ʒ.j. Istas
pillulas taliter sumat per horam ante diem deinde
differat prandium suum per horas sex. ¶Modo cō
simili potest sumi de pillulis alefanginis ⁊ dosi con
simili. ¶Q̄d si plenitudinem sentiret infra vmbili-
cum quā ex rugitu ⁊ grauedine cognoscet in parti-
bus illis fiat sibi enema. Q̄d sic fit. ℞.malue mercu
rialis florum camomille an̄.m.j. decoquantur po-
stea coletur ⁊ de colatura accipiatur lib.j.ß.cui ad
dantur cassie fistule.℥.j.yerapig.ʒ.vj.olei cōis.℥.
iij.salis.ʒ.ij. Et calidum supponatur stomacho ie-
iuno. ¶Et si in corpore sentiret ventositatem in de-
coctione predicti enematis ponatur.℥.j.anisorum
paruz pistatorū ad bulienduz primū. ¶Conet̄ habe
re ante cibū omni die vētris beneficiuz bis.s.ante
prādiuz ⁊ ante cenā aut saltē semel. ¶Q̄d si nō cor-
rn̄deret fiat suppositoriū cū melle ⁊ sale aut clisterio
supra ordiato aut sumat pill. suprascriptas. Ista do
cumēta sumunt̄ oīa ex tertia primi ca.vij. Et ex q̄r
ta ꝑmi cap.xj.⁊.xij. ¶Nocet nimia inanitio siue ꝓ-
ueniat ex farmaco siue ex flobotomia aut ex lōga ⁊
nimia a cibo abstinentia. Parcitas tamen interduz
in cibo laudatur ⁊ sic de primo regimen sit dictum.
¶Regimen per potionez est duplex. Unuz est pre
seruatiuum ad prohibendum ne in dolorem peduz
incurrat. Aliud est curatiuū quo vti debemus cum
in egritudinem deuenerint.
¶Primū regimē duas hz itentiones. Una earū
est vt ꝓhibeamus multiplicationē humorum dolo
rem causare solētium. Scd̄a est vt iuncturas cōfor
temus ne materiam suscipiant.
¶Prima intentio ꝑficit̄ cuz debita administratiōe
sex rerū nō naturaliū de q̄b⁹ in regimine ꝑcedēti di
ctū est. Unū tn̄ est ꝯsiderāduz ꝙ cū isti dolores iun
cturaꝝ plerūq̄ accidere soleāt in vere ⁊ autūno. vn̄
Ypo.vj.affor. podagrica ⁊ maniaca vere ⁊ autūno
accidere mouet̄ vt i plurib⁹. cū appropinquat ipsu ve
ris aut autūni magis ab accidētib⁹ aī cauere debēt:
minus laborare siue exercere a cibo ⁊ potu magis se
cōtinere. i. i eis maiori vti ꝑcitate imo si tūc a vino
posset abstinere ita ꝙ ꝑ eius dimissionē stomachus
nō lederet̄ cōueniret. Si vero a vino abstinere nō
pōt sumat vinū pauciferū rubeū ⁊ sapore pōticuz ⁊
tūc tꝑib⁹ abstīeat ab oīb⁹ reb⁹ flegma multiplicātib⁹
¶Intētio scd̄a q̄ ē iuncturaꝝ ꝯfortatio sic ꝑficit̄.
℞.mirti.m.ij.nucuz cipssi.℥.ij.ß. pistent̄ oīa mō
grosso ⁊ buliāt i vrceos.iiij.aq̄ in q̄ ferruz.iiij. vici
bus sit extinctū ⁊ cuz hac decoctiōe calida stō ieiu
no lauent̄ pedes ⁊ tibie absq̄ fricatiōe ad ꝑtes ife-
riores ⁊ hmōi lotionē faciat ter i ebdomada dieb⁹ i-
terpositis. Uel. ℞.decoctiōis galaꝝ ⁊ cuz ea ꝑ iter
ualla lauent̄ pedes. ¶Aut. ℞.vini rub. pontici i quo
buliāt galle cipssi ⁊ cuz eo pedes ⁊ tibie lauent̄. ⁊ h
magis ꝯuēit hyemi. Istaꝝ lotionū vtat̄ mō vna mō
alia ꝑ iteruualla.iiij.aut.v.dieꝝ. ¶Aut. ℞.sal' cōis
⁊ torrefiat.℥.j.ponatur in mortario cupreo ⁊ pau-
latim addat̄ oleū vet⁹ vsq̄ ad quātitatē duarū vn-
ciaꝝ ⁊ ꝯtinue ducat̄ cū pistello i mortario donec to
tū reducat̄ ad formā vnguēti. Et cuz hoc linimēto
liniant̄ iuncture pedum. Et hmōi vnctionez faciat
bis in ebdomada diebus interpositis. Horum me-
dicaminum

dicaminum. vtatur modo vno modo alio.
Nota. ¶ Unū tamē ꝯsiderādū ē q̄ si cōprehēdet̃ i corpe
eē magnā replectionē q̄ȝ cognoscet per venas solito
grossiores aut ꝑ vrinā magis grossam vel ꝑ corpo-
ris pōderositatē maiorē solito vel ꝑ pulsuȝ plenio-
rem ⁊ ita ꝑ reliq̄ signa de qb⁹. Aui. ij. primi doctia.
iij. c. vj. Si vero cōtingeret q̄d circa regimē iuxta
primā itētionē peccaret̃ aut ꝓpter mēbrorū maliciā
mali hūores multiplicarēt̃ q̄ ad pedes trāsmissi so-
lēt iducere dolorē ⁊ q̄r hūores solēt moueri frequē-
Ypo. ter i vere ⁊ autūno ⁊ iō ante hec tpa corp⁹ ē purgā-
dū iuxta snīam hypo. vj. affor. affor. xlviij. Quibus
Auic. cūq̄ȝ flebotomia aut farmacia ꝯfert hos vere flobo-
tomare aut farmaciā dare ꝯuenit. Et Aui. xxij. ter
tij. Aptiora tpa ad hoc vt i eis veniāt dolores iun-
cturaꝝ ⁊ podagre sunt ver ꝑꝑ motuȝ humoꝝ i eo ⁊
autūn⁹ ꝓpter maliciā humoꝝ ⁊ digōis ⁊ antecess-
sionē dilatatiōis poroꝝ i estate ⁊ ex calore q̄ fortis
fit i die. Et. xxij. iij. c. de cautela a dolorib⁹ iūctura
ruȝ. Et oīo oportet si causa i eo q̄ accidit ei sit mul
titudo humoꝝ vt nō dimittas eos multiplicari cuȝ
eo. Q̄d euacuat. ⁊ cuȝ eo q̄ minorat ex cibo ⁊ cū co.
Q̄d admistrat̃ ex exercitio bono. Cuȝ igit̃ hūores
i vere multiplicant̃ q̄m ver similat̃ morbo de reple-
tiōe i cōmēto illi⁹ affor. prime ꝑticule aphor. ⁊ dādū
ē aliq̄d ⁊c. In autūno vero ꝓpter estatē p̄cedētē in q̄
mior fit bona digō ⁊ hūorū adustionē iō ante aduē-
In februario flobotomia. tuȝ istoꝝ duoꝝ tēpoꝝ cōuenit purgatio. ¶ Si igit̃ i
medio februarij vrīa apparuerit rubea grossa ⁊ vene
plena fiat flobotomia ex vena basilica dextri lateris
⁊ extrahantur. v. aut sex. ℥. sanguis. ¶ Post vero ad
decē horas secūdet̃ ⁊ extrahat̃. ℥. j. aut. ij. sanguis
seruatis tamē canonib⁹ flobotomie positis i q̄rta pri
Purgatō mi ca. de flobotomia. ¶ Si vero sanguis repletio nō
apparuerit fueritq̄ȝ repletio alioꝝ humoꝝ sicut fleg
matis cuȝ aliq̄li colera tūc exhibeat̃ iste syrup⁹. ℞.
Syrup⁹. oximellis simplicis. ℥. j. sirupi de bisantijs. ʒ. vj.
aq̄rū yue bretonice cicoree an̄. ℥. j. misce iste est ꝓ
vna vice istū syrupuȝ calidū accipiat ꝑ horas. viij.
post finē cene imediate p̄cedētis ⁊ ꝯtinuet ipȝ octo
diebus aut tādiu donec apparuerit medico p̄senti.
¶ Q̄d si hūores sint digesti. Q̄d ꝑ vrinā cognoscet.
Uel digerat̃ cū syr. q̄ sic fit. ℞. origani yue polij ca
lamēti betonice ysopi thimi camepiteos camedreos
capilloꝝ veneris endiuie cuscute cicoree scariole la
ctuce solatri boragis ⁊ buglosse liqricie. an̄. ʒ. ij. ra-
dicū peonie acori iringoꝝ an̄. ℥. j. passulaꝝ enuclea
taꝝ ordei mūdi seminū cōiuȝ frigidoꝝ an̄. ℥. ij. ifun
dant̃ i sufficiēti q̄ȝtitate aq̄ ꝑ diē deīde decoquant̃
⁊ colent̃ ⁊ colatura syrupizet̃ cū zucaro albo ⁊ acce
toset̃ cū aceto citonioꝝ. Istius syrupi digestiui fle-
gmatis cū colera flegma domināte sumat. ℥. ij. cuȝ
℥. j. aq̄ endiuie ⁊ vna yue ⁊ vna betonice hora dicta
i syrupo p̄cedēti ⁊ cōtinuet vt de supiori ē dictuȝ.
Eūatiuū. ¶ Materia digesta euacuat̃ cū pill. q̄ sic fiūt. ℞. col
loq̄ntide diagredij serapini hermodactiloꝝ salis gē
me yue an̄. aloes ad pōd⁹ oīm ꝯficiant̃ simul cū suc-
co rute aut cū aq̄ yue ⁊ fiat massa ꝓ pill. ex q̄ cū op⁹
fuerit reforment̃ pill. vij. ꝓ. ʒ. q̄rū sumat. v. si natu
ra fuerit obdiēs aut septē si fuerit dura. Istas pill.
materiā colicā subdominātē ⁊ flegmaticā dominā-
tē eūantes sumat ꝑ diē vnā postq̄ȝ cōpleuerit assum
ptionē syrupoꝝ suprascriptoꝝ ꝑ horas octo post fi
Lauatiū. nē cene imediate p̄cedētis: sup q̄s cū sūpserit pōt ꝑ
horā vnā dormire. Inde vigilet donec trāseāt hora
v. ab hora assūptōis. Et tūc accipiat ciatū. j. brodij
macri absq̄ȝ sale cū. ℥. j. zucari rub. ⁊ īde ad horaȝ
Solutiū. prādeat ⁊ nō se grauet cibo multo. Uel. ℞. passulaꝝ
sine nucleis. ℥. j. yue betōice an̄. m. q̄rtā carui ame-
os an̄. ʒ. ij. maiorane. m. ß. decoq̄nt̃ i sufficienti oleī

q̄ȝtitate postea colet̃ de colatura accipiat̃ q̄ȝtū suf-
ficit ad dissoluēdū diacatolicōis. ℥. ß. electuarij idi
maioris. ʒ. ij. ß. confectionis de dactilis. ʒ. j. ⁊ fiat
pot⁹. Istū potū solutiuū sumat cū eisdē modis qb⁹
dictū ē de pill. si solutiuuȝ in forma potabili ē ubi
gratius quā in forma pillulari. ¶ Circa medietatem In septembri.
mensis septembris considerent̃ signa si idicauerint
humorum repletionē vt dictum est supra de purga-
tiōe veris. ¶ Si vero indicauerint sanguis plenitu
dinē fiat flobothomia ⁊ p̄cipue si in vere facta non
fuerit. Si autē facta foret: minor sanguinis quanti-
tas extrahat̃. Sufficiet sola quinq̄ȝ vnciaꝝ euacua-
tio. cū humores alij sanguinis fuerint amixti. ¶ Si Flomia.
vero sanguis nō peccauerit: neq̄ȝ humores peccan-
tes ei mixti fuerint. tunc ad eoꝝ euacuationē p̄mis-
sa digestione veniēdum ē digerant̃ igitur sic. ℞. ge Digestiuū
leniabim. ℥. j. syrupi de bisantijs syrupi d̄ fumo ter
re an̄. ℥. ß. aquarum scariole lupulloruȝ feniculi an̄.
℥. j. misce iste ē pro vna vice. Istū syrupum digesti
uuȝ materie f̄latice admodū colere parum aduste su
mat modis ⁊ ordīb⁹ dictis i digestiuo supra dicto
de vere. ¶ Aut. ℞. radicū apij feniculi brusci an̄. ℥. j. Aliud.
polipodij camedreos camepites an̄. m. ß. scariole ro
sti porcini endiuie lupulloꝝ fumiterre an̄. m. j. passu
larū ordei mūdi seminū cōium frigidoꝝ an̄. ℥. j. flo
rum sticados arabici floꝝ roris marini. an̄. ℥. ß. pe
nie liquiritie an̄. ℥. j. pistent̃ mō grosso pistāda ⁊ ici
dent̃ incidēda ⁊ infundant̃ in sufficienti q̄ȝtitate aq̄
postea decoquant̃ ⁊ cū zucaro albo q̄ȝtum sufficit
fiat syrup⁹. ℞. supradicti syrupi. ℥. ij. aquarū lupul
lorum mellisse ⁊ endiuie an̄. ℥. j. misce iste ē ꝓ vna
vice. ¶ Istū syrupuȝ materiā ꝯmixtā digerentē ⁊c. Euatiuum
sumat vt de supiori dictuȝ ē. ¶ Euacuatur materia
iā digesta cum ifrascripto solutiuo. ℞. turbit electi
ʒ. j. hermodactiloꝝ. ʒ. ß. reubarbari. ℈. j. zenzi. ani
sorum. an̄. ℈. ß. zucari albi ad pōdus oim ⁊ fiat pul
uis subtilis ⁊ cribent̃ dosis ē. ʒ. ij. cū aqua yue aut Pill.
cum brodio. ¶ Aut. ℞. ℈. ij. ß. pill. supra ordinataꝝ
in purgatione veris ⁊ quodcūq̄ȝ istorum medicami
nuȝ sumpserit accipiat cum eodē ordine ⁊ eisdē mo
dis suprascriptis in purgatione veris.
¶ Post purgationē cōuenit membroꝝ cōfortatio Post purgationem.
⁊ reliquaꝝ materierum cōsumptio: Quapꝑ exhibē
tur post finē cene imediate precedētis ꝑ horas octo
ꝑ dies duos post euacuationem. ʒ. j. triace magne.
Et post ei⁹ assumptionē stet horas sex anteq̄ȝ come
dat aut bibat. de q̄ triaca dixit Aui. xxij. tertij. Et
triaca iterū in frigidis cōfert post euacuationē ipsa
em̄ mundificat reliq̄as materierum cuȝ facilitate ⁊
resoluit eas ⁊ cōfortat oīa mēbra. Et licet Rasis. xij
continētis dixerit q̄d tpe hiemis oī die. vnde inq̄t.
Triaca viperaꝝ si quolibet die bibit̃ in hieme post
digōnē ⁊ in estate non successiue cessare facit mor-
buȝ ⁊ eū tollit. Et stāte regimie bono si toto tēpore
hiemis bis in mēse triacā acceperit eēt sublimis iu
uamēti. Et si omni tpe que iuncturas cōfortant p̄nt
administrare nō existente i corpore magna repletio
ne. attamē securius post euacuationē approximant̃.
Et hoc de regimine preseruatiuo.
¶ Regimē curatiuum. ¶ Si antequā purgatio fie Regimen curatiuum
ret p̄seruatiua: aut postquā facta foret acciderit do
lor i pede aut i pedib⁹: tunc oportet curā adhibere:
que dieta ⁊ potione perficitur.
¶ Dieta regimē obseruādū ē vt dictū ē i regimie Cura p dietam.
ꝑ dietā. Sed q̄dā sunt limitāda. ¶ In p̄ncipio aduē
tus doloris fit aer min⁹ calid⁹ quā in ꝓcessu sufficit
tūc vt sit in caliditate tēperat⁹ cū declinatiōe ad sicci
tatē: ¶ Postquā a p̄ncipio doloris tres aut quattuor
dies trāsiuerint pōt calidior administrari. ¶ Hoc tpe
maxie accn̄tia animi euitari debēt. s. ira timor furor

stāte fluxu materierū ad locū. nā hec accn̄tia hūo
res ꝯmouēt ⁊ eos magis fluere faciūt. ¶ Ambulatio
aut egtatio nulla sit. Neq̄ fricatiōes ptiū inferioꝝ
stāte materierū fluxu ad pedē vl' pedes. ¶ Sōn⁹ tūc
magis ꝯuenit q̄ȝ vigilie. ¶ Dimittat carnes oēs stā-
te materieꝝ fluxu. ¶ Sit ꝯtēt⁹ pane bulito. Et absti-
neat ab alijs cibis. ¶ Si ꝓꝑ debilitatē a carne absti-
Auic. nere nō possꝫ deꝶ caro capoli leporis aut ꝑuaꝝ auiū
vñ Aui. xxij. tertij. Oꝫ vt deuitet caro ī eo q̄d factū
ē de egritudīe hac. Q̄d si necessitas fuerit deꝶ caro
anis mōtane leporis ⁊ gazeli ⁊ oīs caro paucaꝝ sup-
fluitatū. ¶ Si stōs nō dedignaꝶ ꝓꝑ ꝯsuetudinē di-
mittat vinū oīo. Si vero abstiere ab eo nō pōt sit vi-
nū rub. stipticū paucifeꝝ ꝑmixtū cuꝫ aq̄ cisterne.
¶ Et si vinū dimiserit loco ei⁹ vtaꝶ aq̄ mell' q̄ sic fit.
℞. radicū apij ⁊ feniculi. añ. ℥. ij. anisoꝝ carui añ.
ℭ Secunda principalis intentio que fuit ad remotionẽ secundi accidentis. s. difficultatem ãnelitus perficit̃ hoc modo. ¶ Naz cum sentit pectus plenũ humiditate vtatur cibis abstergentibus ⁊ mundificãtibus pectus: de quibus dictum est in regimine vniuersali per dietã. ¶ Et vtatur hoc electuario qđ sic fit. ℞. capillorum veneris recentium liquiricie seminis feniculi añ. ʒ. ij. pulmõis vulpis. ʒ. iiij. zucari quãtum sufficit ⁊ fiat electuarium: de quo sepe teneat in ore ad quãtitatez vnius fabe grosse. ⁊ ducat lingua hincinde per os. ⁊ deglutiat quod liquefit. ¶ Qđ si materia in pectore contenta esset grossa ⁊ viscosa cuz predicto electuario misceatur pars tertia loch de squilla de quo retineatur in ore vt dictum est. ¶ Si vero nõ multum tussiret respectu cõsueti ⁊ materia in pectore esset subtilis teneat in ore de infrascripto electuario sicut dictum est de primo. ℞. seminis papaueris albi spodij seminis lini torrefacti croci añ. ʒ. ij. granorum nasturtij medulle granorum cotti amigdolarũ amaraꝝ fabarum añ. ʒ. vj. pistentur pistanda subtilissime ⁊ cum saba siue rob vini ⁊ penidijs ꝑtibus equalibꝫ penidij dissoluãtur cum decoctione ficuuz ⁊ fiat electuarium. ¶ Si vero accideret catarrus cum sputo sanguinis fiat hoc loch. ℞. medulle cancrorum fluuialium preparatorum vt dictum est in regimine vniuersali per dietam. ℥. ß. lingue arietis lingue canis buglosse mellisse virge pastoris añ. quartam. m. passularum liquiricie añ. ʒ. iij. seminis malue. ʒ. ij. ß. fiat decoctio vsqꝫ ad consumptionem duarum partium ⁊ recipe de ea. ℥. iij. sirupi de papauere sape zucari albi añ. ʒ. j. ß. deinde addantur pinearum mundatarũ. ʒ. ij. amigdolarum dulciũ seminis citoniorum dragãti gũmi arabici añ. ʒ. j. ⁊ fiat electuarium dosis est coclearium vnum quando vadit dormitum. ⁊ aliud ante vesperos. ¶ Ad pectus fiat inunctio cum manu calida ante prandium ⁊ cenam cum infrascripto vnguento. ℞. olei amigdolarum dulcium. ℥. j. olei laurini. ℥. ß. pinguedinis anatis. ʒ. ij. butiri recentis. ℥. ß. croci. ℈. ij. cere parum ⁊ fiat vnguentum molle. Ea que catarrum prohibent conferunt ad hoc accidens de quibus dictum est si prouenit ex debilitate neruorum ad pectus venientium.

Elium. | Elium. | Loch. | Unctio.

Ad tertiuz accidens.

ℭ Ad tertium accidens. Utatur sepe infrascripto puluere a me experto etiam in mulieribus pregnantibus de quibus dubium est ne propter ventositatem abortiant. ℞. cimini in aceto infusi per noctez ⁊ postea torrefacti. ʒ. ij. ameos zenze. castorei añ. ℈. ij. pistentur subtilissime ⁊ cribẽtur dosis. ℈. iiij. cum paruo potu vini. ⁊ sic vsus per plures dies hic puluis non solet me decipere. ¶ Ad dolorem stomaci ventosum ⁊ matricis cõfert vsus istius pulueris. ℞. doronici. ʒ. j. ß. cinamomi electi galange zedoarie añ. ʒ. j. pistentur ⁊ cribentur subtilissime ⁊ fiat puluis dosis. ʒ. j. cum modico potu vini albi. ¶ Ab extra fiat hec vnctio. ℞. ameos carui anisorum añ. ʒ. j. calami aromatici. ʒ. ij. buliant omnia prius tamen modo grosso pistata in. ℥. decem vini albi vsqꝫ ad consumptionem duarum partium postea coletur ⁊ colature addantur olei de spica olei de mastice añ. ʒ. vj. buliant simul vsqꝫ ad consumptionem vini deinde addantur galange cinamomi gariofilorum. añ. ℈. j. ciperi. ʒ. ß. lapidani. ʒ. j. ß. cere albe quantum sufficit ⁊ fiat vnguentum molle.

Puluis. | Ad dolorẽ stomachi. | Unctio.

Ad quar/tũ accidẽs

ℭ Ad quartum accidẽs scilicet totius corporis macilentiã versetur in aere tempato. Et vtatur exercitio tempato. Et loco exercitij cõferunt fricationes facte cũ manu postquã experecta ẽ a sõno. Sit leta ⁊ gaudens de se ⁊ salute sua bene speret. Utatur cibis dulcibus ⁊ vnctuosis ⁊ insipidis vt dixit Almãsor. De quibꝰ est assumptio lactis vacini a quo butirũ est extractũ quãtitatis. iiij. ℥. postquã stomachꝰ est ieiunus ⁊ nihil aliud cũ eo sumat deinde stet tribꝰ horis ne aliqđ sumat neqꝫ sup ipꝫ dormiat ⁊ ꝯtinuet ipm. x. diebus. ¶ Et frumẽtũ depilatũ ⁊ inde in brodio coctũ cõuenit. Et similiter rizũ lacte decoctũ. ¶ Et ferculũ qđ sic fit. ℞. granorũ cicerũ rubeorũ quãtũ vis ⁊ infundant̃ i lacte vaccino ꝑ diẽ ⁊ noctẽ. postea exsiccent̃ ⁊ puluerizent̃. deinde sumat̃ de farina eorũ frumẽto trito ⁊ rizo ⁊ ordeo tritis añ. ʒ. xx. panis de simula fricati. ʒ. xxx. ⁊ fiat ferculũ ad modũ ptisane cũ lacte vaccino ⁊ oleo amigdolaruz dulciũ de hoc ferculo sepe vtat̃. ¶ Carnes cõuenientes sunt sicut anatis vt dixit Aui. ⁊ gallinarũ vitelli ouorũ epata gallinarũ testiculi gallorũ vinũ sit rubeum ⁊ dulce nõ tñ nimis ne opillaret. ¶ Auic. ponit puluerẽ vtilez ad impinguanduz q̃ sic fit. ℞. farine amidi sarcocolle ꝑtibus equalibꝫ liniatur cũ butiro ⁊ cõficiat̃ panis ex ipsis ⁊ ponat̃ i furno ad exsiccanduz. deinde pulueriʒet̃ de hoc puluere sumatur. ʒ. iiij. cuz aqua frigida multis diebus. ¶ Ad idẽ facit eliũ qđ sic fit. ℞. pulparũ alaꝝ pectoris caponis debite pĩguis ⁊ nõ antiq. ℥. vj. amigdolaꝝ dulciũ excorticataꝝ. ℥. j. fisticoꝝ. ℥. j. pinearũ mũdataꝝ. deinde in aq̃ feruẽti ĩfusaꝝ postea exsiccataꝝ. ℥. j. auellanarũ mũdataꝝ. ℥. ß. iuiubaꝝ numero. vj. seminũ cõiuz frigidorũ maiorũ. ℥. j. seminis malue. ℥. ß. seminis portulace. ℥. ij. passularuz sebestẽ añ. ℥. ß. amidi. ℥. j. ß. ligritie rase. ℥. ß. dragãti gũmi arabici añ. ʒ. iij. mucilaginis citoniorum ℥. ß. mente sicce. ʒ. j. nucis muscate macis añ. ʒ. j. ß. scorie ferri ꝑparate. ʒ. j. specierũ aromatici rosati descriptiõe gabrielis. ʒ. iij. triasandalarũ sine camphora. ʒ. ij. penidiarũ partes duas zucari triũ coctarũ partẽ vnã de ambobus quãtũ sufficit ꝑ cõfectione. ℭ Caro prius subtilissime incidat̃ deinde pistet̃ ⁊ cetera puluerigãda puluerizent̃: deinde cũ parte vna absinthij ⁊ partibꝰ duabꝰ aque borraginis ⁊ mellisse fiat de medietate ꝯfectio in forma solida in morsellis quoꝝ quilibet sit triũ. ʒ. De altera medietate fiat electuariũ de morsellis de quibꝰ vnũ sumat per duas horas ante prãdiuz ⁊ aliud ꝑ horã vnã ante cenã. Si vero sumit electuarium capiat vnum coclearium eisdem horis hoc tamen regimẽ impinguatiuum debet sequi regimen sanguinis ꝓhibitiuum siue preseruatiuum.

Ferculuz. | Carnes. | Ad impin guanduz. | Elium.

Ad quin/tũ accidẽs | Elium.

ℭ Ad quintuz accidens vtat̃ infrascripto ellectuario. Qđ humiditates matricis desiccat ⁊ ipsam matricẽ cõfortat ⁊ ꝑparat eam ad cõceptionez. ℞. galange xiloaloes cinamomi zenze. añ. ʒ. j. diacc bisantie croci nucis musca. rosaruz rubearum cardamomi macis piperis longi trocisci diarodon sandalorũ citrinorũ sirici crudi ãbre añ. ʒ. ß. musci gra. iiij. cõfice cuz zucaro albo dissoluto cũ syrupo ro. dosis est. ʒ. ij. cum potu paruo vini antiqui stomacho ieiuno sumpti. ¶ Ad eandam matricis humorositatez cõfert suffumigratio ista. ℞. galie musca. castorei bdelij laudani coaguli leporis nucis musca. añ. ℥. ß. decoquantur in aqua ⁊ lauent pudibunda ⁊ suffumigetur matrix cum ea cum emboto videlicet ad idem lotio porte vulue cum decoctione scorie ferri ⁊ thuris ⁊ cõfortat matricem ad retinendum. nam sunt suprascripta medicamina matricis execcatiua ⁊ confortatiua eiusdem ⁊ parant ipsam ad concipiendum. ℭ Bauerius.

Aliud.

ℭ De sciatica. ℭ Consilium 68.

Casus.


Egritudo magnifici viri Uirgilij de Maluitijs est dolor incipiens a iunctura dicta scia ⁊ protendit̃ vsqꝫ ad tibiam. Qđ sciatica solet appellari.

Causa. ¶ Istius doloris causa est mala complexio frigida ⁊ humida materialis que dolorez imediate causat. Predicte male complexiõis materia frigida ⁊ hũi da a capite descendens ad loca dolescentia. ¶ Cum dolor sciaticus sit ex vehementibus doloribus iun cturarum vt testat̃ Aui. xxij. tertij. ⁊ de natura do loris est membrum cui inheret debilitare: omni stu dio insistendum est ad eius curam. nam quantum mẽbrum debilius fieret tanto cura difficilior esset. Hec ego Bauerius ex signis sufficientibus ⁊ ap parentibus collegi.

Cura. ¶ Volentem suprascriptam egritudinem per bal neum curare oportet eligere illud quod sit calefacti uum ⁊ exiccatiuum cuiusmodi sunt balnea haben tia mineram sulphuris. Qđ si cuz eo fuerit aliquid allumis nõ nocebit qualia sunt balnea sancti Phi lippi ⁊ Petrioli iter q̃ tamẽ est differentia quoniã balneum sancti Philip. plus habet sulphuris mi nusq; de aluminis quã balneũ Petrioli ⁊ ideo ad loca profunda citius penetrat ⁊ vehementius cale facit quã balneum Petrioli sed minus confortat. nam balneum petrioli cum plus aluminis quã bal neum sancti Philippi ⁊ alumem sit sicce ⁊ stiptice cõplexionis ratione sue stipticitatis vnit ptes mẽ bri aut saltem minus rarefacit quapropter mẽbruz confortat̃ aut minus debilitatur. Et hec est causa quare aqua petrioli non ita cito penetrat in substã tia mẽbri cum sit coniuncta stipticitati maiori quã aqua santi Philippi que prohibet eius citam ꝓfun dationem. ¶ Et ex his patet ꝙ cum materia faciens dolorem sciaticum profundet̃ in iunctura ⁊ in par tibus ipsarum circũstantibus ꝙ aqua illius balnei que magis resoluit ⁊ magis se profundet citius eaz materiam finiet. Unde habita hac intentione cõue niret magis in casu preposito balneum sancti Phi lippi quã petrioli tanquã citius consumens ⁊ ma teriam antedictam resoluens. ¶ Attamẽ mihi plus placet balneum petrioli in casu isto. quia ⁊ si tardi⁹ operatur tamen quia sua operatio est cum maiori confortatione aut minori debilitate. Qđ in hoc ma gnifico viro attendendum est cum sit corpus macrũ calidi epatis facile resolubile. Est etiã balneum cal danellorum cuius vsus non parum confert stoma cho ⁊ epati suo calido. habet enim predictum bal neum mineram ferream que dictis dispositionibus conuenit vt apparet per Aui. secunda primi ca. qui dam ornate loquentium. Laudo tamen cum petrio li steterit magnificentia sua. xx. aut. xxv. diebus ⁊ vsa fuerit balneo ꝭm modum qui infra ponetur. si non senserit se curatum balneum sancti Philippi petat ⁊ ibi ad sciam aquam sumat ꝭm modum qui infra describitur.

Ordo ĩ balneo petrioli. ¶ Ordo seruãdus in balneo petrioli est. ¶ Cum ma gnificentia. v. petriolum applicuerit quiescat per duos dies absq; vsu alicuius balnei. Et eo tẽpore si venter non fuerit obediens fieri faciat vnum ene ma. Qđ inferius ordinabo. ¶ Die tertia in ortu so lis accedat ad balneum caldenalarum in quo nuda stabit per mediam horam aut per horam si ex mora in eo debilitatem non senserit. Cum ex balneo egre ditur intret lectum ⁊ corpore mediocriter pannis tecto experiatur sudare. Si sudauerit sudorem pan nis calidis abstergat. Si vero nõ sudauerit cum in lecto steterit per duas tertias hore se induat postea ad horam prandeat ⁊ hac die nihil amplius faciat. ¶ Quarta die a die accessus ordinem consimilem obseruabit qui dict⁹ est obseruari debere in tertio die. v. in ortu solis accedat ad balneum militũ quo corpus balneet per duas tertias hore aut per ho ram si sibi non molestum fuerit ⁊ balneum exeunte lectum ingrediatur moduz obseruet qui dictus est in balneo caldanellorũ. ¶ Cũq; induta fuerit vadat ad duciam balnei petrioli ⁊ eam ad caput suscipiat in ea parte capitis qua cõmissura sagittalis coro nali coniungitur per horam vnam. Et ab ea ducia incipiat que minus existit calida cum a ducia sepa ratur exsiccet̃ optime caput pannis calidis ⁊ vlti mo fricetur caput cum aqua que inferius ordinabi tur. Post prandiuz ad horas septem redeat ad du ciam ⁊ similiter aquam ad caput recipiat seruando moduz qui dictus est de mane seruari debere. ¶ Et hunc modũ seruabit magnificentia vestra octo die bus continuis qui erunt. xiij. a die accessus ad bal neum. hoc accepto ꝙ cuz steterit per dies duos ad vnam duciam permutetur ad aliam sibi propinquã paulo calidiorem. ¶ Nec laudo vt ingrediat̃ quot tidie in balneo militum sed satis erit si ipsa fuerit vsa eo bis in ebdomada ⁊ bis balneo caldenallaruz seruando in eorum vsu ordinem descriptum. Et re liquis diebus quiescat ab introitu balnei: sed non a ducia quam bis quotidie recipiat. ¶ Exactis su prascriptis. xiij. diebus perseueret bis in die aquaz sumere mutando se ad duciam calidiorem cum minus calidam per vnam aut duos dies susce perit donec veniat ad eam que calidissima est pro pinqua ad tres ducias ⁊ ibi se firmet. Perseueret etiã balneare corpus quater ĩ ebdomada bis in bal neo militum ⁊ bis in balneo caldenallarum: sed hoc superaddat ꝙ in sero cuz fuerit duciata ⁊ caput ex siccatum accedat ad balneum magnũ petrioli ⁊ ibi stet in aqua vsq; ad sciam ĩclusiue per spacium me die hore aut duarum tertiarum hore si non fuerit si bi molestum: ⁊ stando in eo balneo sepe sciam cum tibia fricari faciat cũ luto eiusdem balnei. Cum bal neum egreditur lectum intret ⁊ quiescat in eo per horam mediã. Postea inũgat sciam cũ vnguento. Qđ infra ordinabo. Et inde ad horam cenare pote rit. ¶ Et hunc ordinem seruabit donec petrioli ste terit hoc adiuncto ꝙ illis diebus quibus non vte tur balneo neq; militum neq; caldellanarum de mane in ortu solis intret balneũ magnuz petrioli ꝙ si sufferre posset aquã cadentẽ ad sciã ⁊ cuz ea em brocare eẽt admodũ vtile. Sz dubito ne nimis cor pus resolueret. nã ⁊ si aqua petrioli nimis vitruali ter sit calefactiua quã balneũ sancti Philip. cũ ha beat minus sulfuris actualiter tamẽ nõ hz minorez caliditatẽ vt notat expientia ⁊ ideo arbitror tutius sit illi aq̃ se nõ exponere. ¶ Absolutis. xx. dieb⁹ aut xxv. aut. xxx. diebus petrioli si videt̃ adhuc supesse dolor anche ⁊ tibie laudo vt supradictuz est petat balnem sancti Philippi cui sciam exponat ⁊ aquã ab alto ꝑ duos aut tres palmos ad eam recipiat ꝑ spaciuz vnius aut duaruz tertiaruz hore bis ĩ die ante prãdium per horã ⁊ ante cenã prãdio iam di gesto. ¶ Qđ si ter idẽ balneuz aut quater ad caput acciperet ĩ ebdomada laudarem seruãdo modum q dictus est in balneo petrioli. ¶ Tempus standi ad sanctum Philippum erit breuius aut longius ꝭm vtilitatẽ ⁊ iuuamentum. Qđ ex vsu eius percipiet.

Remedia ꝯtra accn̄ balnei. ¶ Et vt magnificẽtia. v. eã ꝯsequat̃ vtilitatẽ quã desiderat: ⁊ quã ego nõ minus opto subiungã quas dam regulas obseruãdas ⁊ modũ succurrẽdi quibus daz accidẽtib⁹ q̃ iterdũ vtẽtib⁹ balneis ꝑdictis solẽt accidere.

Prima regula. ¶ Regula pria. Quicũq; balneo vtit̃ su mat cibaria leuis digẽois ⁊ facilis penetrationis ⁊ boni nutrimẽti q̃ nõ sint multuz frigida nec opillã tia. De quorũ numero ẽ panis vnius diei debite co ctus ⁊ cõuenienter fermentatus in cuius cõfectiõe ponat̃ aliqđ salis. Et carnes ꝑdicum fasianorũ tur turũ pipionũ colũbarie volare icipientium ꝑuaruz auium

auium sicut sunt turdi merule ficedule filomene ⁊c.
Caponum iuuenū ⁊ iuuenum gallinarū pullorū
edi vituli lactantis agni annualis ⁊ castrati. Carnes
cōuenienti⁹ asse quā alisse preparantur si stomachus
suus bene digerit. aut nō obstet ventris stipticitas.
nam si venter stipticus esset. Melius esset vt ellissa
rentur saltem de mane. Et eo casu vti posset fercu-
lo facto ex borragie blita spinacijs cū modico petro
sillo. Qd si ferculū delectat vti pōt farre brodio ci
cerū rubeorū milio panico pane cocto aut brodio
in quo panis infundat vel ferculo cū ouo facto. Cō
cedunt etiā oua sorbilia recētia aut in aqua cocta
reiecto prius albumine. Herbas frigidas ⁊ hūidas
dimittat sicut portulaca lactuca spinacia ⁊ nisi cū
eis ponerent herbe calide remittētes eorū frigidita
tem sicut fenicul⁹ petrosill⁹ ⁊c. Dimittant legumia
lac caseū butirū ⁊ oēs fruct⁹ frigidos ⁊ hmōi cuius
mōi sunt Cerasa pruna mala p̄cipue citonia ⁊ pira ⁊
vue recētes ⁊ granata acria mellones citrulli. ¶ Cō
ceduntur ex fructibus vue passule amigdale excor-
ticate fistici ⁊ caritte albe. ¶ Vinum sit album aut
subrubeum clarū subtile mediū inter dulce ⁊ bru-
Scd'a re- scum. Qd si eius potentia siue nocumentum timea
gula. tur propter neruos frangat eius potentia cū aqua
simplici cocta. ¶ Scd'a regula. A potu quocūq̄ ca
uendū est tpe quo ē i balneo aut postquā balneum
exiuerit per horam mediam donec corpus sit a cali
ditate a balneo suscepta mundum. Si tamen sitis
adeo fuerit itollerabilis vt cogatur bibere aut inter
prādium ⁊ cenā sitis valida esset. sumat aquā prius
coctā cū zucaro albo cui ꝑmisceat vna ps suci seu
Tertia re- vini granatorū muzorū aut dulciū. Aut in ore te-
gula. nere zucarū cāditū: aut prunū vnū siccū i aq̄ prius
infusum. ¶ Tertia regula est. Antequā corpus se bal
neo exponat prius debet debite purgari ēt cū reite
ratione purgatiōis si vna non sufficeret nocet enim
Quarta re balneum corpibus repletis vt inquit Ali. iij. sue pra
gula. ctice. ¶ Quarta regula. Nō ingrediat balneū nisi
plusis superfluitatibus prime ⁊ scd'e digestionis aut
saltē prius expurgari tenet cum suppositorio ex sa-
le ⁊ melle aut radice blite vel petrosilli aut radice q̄
Quinta re comedit sed quecūq̄ istorū fuerit liniat cum melle
gula. sale cōmixto antequā supponat. ¶ Quinta regula.
Non est standum in balneo aut ad duciā si senserit
Sexta re- debilitatē aut dolorē aliquē superuenientē imo illico
gula. balneum egrediat aut ducia remoueat. ¶ Sexta re
gula. Non accedat ad balneum aut ad duciā si sen
Septia re serit cibum prius assumptum nō esse digestum ⁊ ob
gula. hoc comedat ne cibū capiat vsq̄ ad sacietatē imo
a mensa surgat cū reliquijs famis. ¶ Septima regu
la est. Ne ꝓpter balnei caliditatē si materie liquefie
rent ⁊ peterent ꝑtem lesam vt earū nocumentū phi-
beat fiat hoc defensiuū quo supra iuncturā fcie ꝑ
Defensiuū tres digitos liniat cū voluerit se vestire ⁊ in lecto
steterit post exitū a balneo. ℞. sandarace. ij. ʒ. spo-
dij rosarū accacie sumach ypoquistidos balaustia-
rum psidiarū añ. ʒ. j. farine volatilis molēdini. ℥.
j. ß. sief memite. ʒ. iij. suci plantaginis ⁊ olei rosati
añ. conficiantur sic terrantur omnia ⁊ ponantur in
mortario plumbeo ⁊ cū pistello plumbeo terrātur
paulatim addēdo succū plātaginis ⁊ oleū rosatū ⁊
tādiu i mortario ducant donec acquirāt formā vn
Octaua re guenti ⁊ addant vitelli ouorū numero. ij. ⁊ optime
gula. incorporent. ¶ Octaua regula. Ne ps subtilis mate
Unctio. riei faciētis egritudinē resoluat ⁊ grossa remaneret
vngant loca dolentia cum vnguēto q̄ statim ordi-
nabo quando induitur post exitū a balneo. ℞. oleo-
rum sisamini ⁊ amigdolarum dulcium recentium
añ. ℥. j. ß. medulle cruris bouis sepi castrati ⁊ pin-
guedis anatis ⁊ galline añ. ʒ. vj. vitelli ouorū nu-

mero. ij. croci. ʒ. j. dissoluant pinguedines ⁊ colent
deinde ponant oia in mortario ⁊ diligenter incor-
porent ⁊ in fine addat armoniaci in aceto dissoluti
ʒ. x. ⁊ inuicē incorporent donec veniāt ad formam
vnguenti. Et hoc medicamē applicitū loco dolenti
solet dolorē sedare. ¶ Nona regula. Cauendū est a Nona re-
frigore ⁊ statione extra domū post occasū solis a gula.
vētis ⁊ p̄cipue post exitū a balneo dū corp⁹ ē clidū.
¶ Solent iterdū balneo vtentibus q̄dā superueni- Ad rubedi
re accidentia. ¶ Unum est oculorum rubedo. Cui si nem oculo
cuenerit succurrat ponēdo duas ventosas sup spa- rum.
tulas q̄ ibi dimittant ꝑ. xx. ꝑtē hore. Unde remo
tis fiāt ad inferiores ꝑtes fricationes. s. brachiorū
⁊ tibie nō lese. Et sup oculū vel oculos ponat pā-
nus subtilissimus lini sup quē ponat cotū infusum
in albumine oui cōquassati cū aqua ro. ⁊ sepe reno
uat. Cessato dolore si oculi rubei remanerēt ponat
ter aut quater in die in oculo rubeo puluis zucari
canditi. Et cū oculi dolere inceperint aut rubere
desistat a ducia donec cessauerit dolor. Ad stiptici
¶ Aliqn̄ accidit ventris stipticitas. Cui ꝓuidet ac tatē ven-
cipiēdo caput castrati q̄ tādiu bulire ꝑmittat cum tris.
℥. j. ß. anisorū donec caro ab ossibus separet de eo
brodio colato capiant ciati quattuor quib⁹ addan-
tur mellis. ℥. ij. vitelli ouorū. ij. salis. ʒ. ij. ß. ⁊ sto-
macho ieiuno supponat calidum. Ad mate-
¶ Si cōtingeret q̄ a capite descenderet materia ⁊ riā descen
figeret in faucibus aut pectore ⁊ faucib⁹ aut stoma dentem.
chum cōturbaret sumat ꝑ horā ante diē istas pill'.
℞. pill'. de yera cōposita. ℈. ij. ß. fiant pill'. v. ⁊ illo
mane nō egrediat balneū nec duciā ad caput susci-
piat in sero. v. ¶ Si pill'. fuerint opate poterit aquā
ad caput suscipere. Aqua de qua superius mētionē
feci cū qua fricari faciat caput ⁊ retro collū post- Aq̄ ad ca-
quā exsiccatū fuerit cū surrexerit a ducia. ℞. aquā put.
vite quater sublimate lib. ij. laudani storacis sicce
añ. ʒ. iij. thuris sandarace. ʒ. j. ß. pistent mō grosso
⁊ infundantur in aqua suprascripta ⁊ in vase vitreo
optime claudatur ⁊c. ¶ Bauerius ⁊c.

¶ De ventositate circa splenem.

¶ Consilium 69. Casus.



Dispositio nobilis viri Philippi filisini
est tensio seu inflatio existens in ꝑte sini
stra ventris incipiēs circa locū splenis
⁊ ꝓtenditur vsq̄ ad sumū. Et hmōi di
spositio lz per aliquos ānos fuerit in ꝑte sinistra a
pauco tamen citra incipit infra vmbilicū declinare
ad partem dextrā aliqn̄. ¶ Supra nominata dispo
sitio a sua causa denominat ⁊ vocat ventositas. Cause.
¶ Istius dispōnis triplex est cā vna cōiuncta siue
immediata alia est antecedens. tertia est primitiua. In media
¶ Cā imediata est ventositas contenta in intestinis ta.
siue in cōcauitate intestinorū que extensionē siue in
flationē facit in eis cū est quieta sed cū mouit p̄dicta
ventositas aut cōpressione aut natura tentāte ipā
expellere facit rugitū ⁊ gurgulationē. Unde. xiij.
tertij trac. v. Oēs cause inflationū sūt ipse cause ru
gitus cū accidunt ille cause iflatiōis ⁊ nitit nā ex
pellere eas ⁊ nō pōt ⁊ nō expellunt ad supiora nisi
ad iferiora imo cōmouent in vasis itestinorū tūc ē
rugit⁹ ⁊ sentit ēt sonus siquis p̄cesserit ventrē aut Antecedēs
ipse patiēs inclinet. ¶ Cā antecedēs ē duplex. Una Efficiens.
efficiēs. Alia material'. ¶ Efficiēs ē caliditas natu-
ralis debilis potēs mā subtiliādo dissoluere sz eā
non pōt resoluere. Quare Ali. ix. suo tractatu ca.
xxviij. iflatio ⁊ rugit⁹ ab iteriori fiūt cā cū stō̄s vali
di nō ē caloris q cibos digerat ⁊ subtiliet ac ab eis
vētositates discipet. ¶ Mālis cā ē hūor aut chilus Materia-
existēs i itestinis aut stō̄ i quē calor naturalis d'bilis lis.

agit ⁊ ip̄m facit euaporare. ¶ De causis antecedēti/
bus ē epatis istius iuuenis caliditas q̄ materiā ī stō
euaporare facit ⁊ vapores illi ad ītestina ꝑuenientes
īflationē siue tēsionē causant si quieti fuerīt. si vero
mouenꝭ faciūt rugitū. Et mō cōsimili mala cibi di
gestio est cā supradicta dispōnis. ¶ Cā aūt malicie
digōnis stōi. ⁊ si plures cause possint noīari: preci
pue puto ī hoc iuuene eē hūiditatē a capite ad stōm
Primitiue. descēdentē q̄ calorez ip̄m stōm obtūdit ⁊ digōnem
impedit. ¶ Cāe aūt primitiue eē possunt plures ex q̄
bus ē aer fridus corpi occurrēs aer turbidꝰ accidē
tia animi vt ira tristitia timor ⁊ supfluꝰ coitꝰ p̄ci/
pue factus cuz cibus ē ī stō motus vehemens factꝰ
īmediate post cibum: Et breuiter omne forte exerci
tiuz specialiter īmediate post cibū factū: somnꝰ sup
fluꝰ p̄cipue ī die aut post cibū īmediate factus: cibi
ventosi ⁊ q̄ sunt difficilis digōnis vt panis azimus
aut nō bene coctꝰ cibi q̄ ex pasta fiunt azima vt la/
gane macaroni ⁊ similes. Carnes difficilis digōnis
vt salite bouine ⁊ similes ⁊ īteriora aīaliuz sicut cor
pulmo stōs ītestina splen ⁊c. Herbe vehemēter cali
de ante corpis purgationez ⁊ fride ⁊ hu. ⁊ fructus
herbarū vt cucurbite citrulli ⁊ mellones. Ex radici
bus nocēt a'ea corpa nō purgata ⁊ cetera acrumia
legumia oīa vētosabilia sunt. Et fructus recētes fri
gidi ⁊ hu. de qbꝰ in regimīe ⁊ de aliīs rebus diffu
sius dicā. Uētosabile ē vinū dulce p̄cipue grossum
⁊ vinū pluris cōmixtiōis cū aqua. ¶ Ex rebꝰ aūt vē
tositatē causantibus ē cū cibus nō sumiꝭ hora cōue
niēti quēadmodū si acciperetꝭ cibus p̄io nō dige/
sto: aut si maiorē cibi quātitatē acciperet quā stōs be
ne digerere posset: aut essꝫ ordo indebitū in assumē
do de quo plus vel potus nimius faciēs in stō sup/
natare cibum: ⁊ alie possunt esse cause quarū cogni
Dubium. tio manifestabitur cum ponam curam per dietam.
¶ Sꝫ circa hec dicta merito q̄s dubitabit. Quare
ē q̄ illa īflatio siue dispositio de qua dictū ē magis
sit in latere sinistro quā ī dextro cū eadē cāe vento
sitatis generatiue reperiri possint aut sint ī p̄te dex
tra sicut sinistra. Nā debilis caliditas naturalis q̄
ponitur vna ex causis ita videtur cōmunicari lateri
dextro sicut sinistro ⁊ humor siue chilus aptus eua
porare ita in p̄te dextra ē repibilis sicut in sinistra.
¶ Preterea si epar istiꝰ dispositiōis ē cā magis hunc
refectū cōicare dꝫ cū cā directius aspiciat. Si aūt
a stō ventositas mundatur non magis mittiꝭ lateri
dextro quam sinistro ⁊ ita in vtroqꝫ debet sentire.
Rn̄sio. ¶ Respondetꝭ q̄ latus dextrum est calidius sinistro
ꝓpter epar q̄ directius ⁊ de ꝓpinquo magis ip̄m
respicit quā sinistrum est insup latus sinistrū frigi/
dius ꝓpter splenē caliditatē eiusdē p̄tis remittentē.
Corelariū ¶ Ex quo sequiꝭ q̄d fumi siue vapores vel actiōe ca
liditates faciētes in eadē p̄te materiā euaporare aut
ab alio mēbro ad eandē p̄tez vapores siue vētosita/
tes transmittanꝭ magis resoluuntur ⁊ dissipantur
ꝓpter illud latus eē calidiꝰ quā latus sinistrū imo
in latere sinistro vapores potiꝰ trāsmissi ingrossanꝭ
⁊ qui in ea p̄te actione caloris eleuantur grossiores
sunt ratione caliditatis debiliores ⁊ minus materiā
euaporabilē subtiliātes. ¶ Pōt etiam cā esse q̄r la/
tus dextrum est fortius sinistro f̄m mēbra fortiora
suas transmittunt supfluitates ad debiliora vt pri/
ma primi cap. de mēbris ad finem. Et ita vapores
siue vētositates ad p̄tem sinistrā transmittit. ¶ Faci
le ītelligere poterit vnusquisqꝫ causas supra assigna
tas esse veras in generatione ventositatis. Si con/
siderenꝭ esse cause ꝓpter quas vētositates nō gene
ranꝭ in corpore. ¶ Quarū vna est caliditas natura/
lis fortis q̄ cū sit potēs dissoluere materiā ē etiā po
tens ipsam soluere per oppositum. Caliditas debi/

lis naturalis potens dissoluere ⁊ nō resoluere ven/
tositatē causat. Unde Auic. xiij. tertij trac. v. q̄nqꝫ
fit. scꝫ ventositas ꝓpter caliditatē digestiuā cū est
debilis cibꝰ nāqꝫ quāuis sit nō īflatiuus in natura
sua tunc cū debilitaꝭ ī ipso caliditas euaporat ⁊ fa
cit accidere in ipso ventositatē. ¶ Sc̄da cā est cibus
nō ventosabilis: sicut q̄ est facilis digestionis nō in
flatiuꝰ qui est per oppositū q̄ est inflatiuus ventosi/
tatis est cā. Unde Aui. vt supra q̄nqꝫ fit ꝓpter cibū
cū in ipso est humiditas extranea q̄ cōuertiꝭ in ven
tositatē ⁊ nō est possibile caliditati si est equalis vt
resoluat eā ita q̄ nō resoluat ipsam ad ventositatē.
¶ Tertia cā est cū caliditas est ita debilis q̄ sua de/
bilitate respectu tempate possunt frigiditas appella
ri non pōt facere materiaz euaporare q̄r ventositas
nō generaꝭ. Unde Aui. vbi supra si priueꝭ caliditas
oīno non associaꝭ ei īflatio ⁊ si fit. s. illud ī quo agit
ex inflatiuis de istis tribus causis simul dixit Aui.
ca. supra allegato oē a quo nō accidit īflatio nō ac/
cidit ab eo inflatio nisi aut ꝓpter se ipsum ab illo in
substantia sua aut ꝓpter duas res ꝓpter ipsaz qua
rū vna est dn̄iuz clīditatis sup ipsaz altera friditatꝫ
q̄d nō mouet aliud. ¶ Additꝭ cā q̄rta q̄ est ꝑfecta di
gestio cū. n. cibꝰ ꝑfecte digeriꝭ eius hūiditas extra
nea si qua est in eo paulatine cōsumiꝭ absqꝫ euapo/
ratiōe impediente siue īflante ⁊ ꝑ oppositū malicia
digestionis ventositatem operatur.
¶ Signa generis nota sunt ex relatione pacientis Signa generis.
⁊ ex tactu ⁊ auditu. Nā cū p̄s ventris p̄mitur senti
tur rugitus aut cū p̄mens ipsum inclinatur.
¶ Signa causaꝝ sunt debilitas caloris naturalis Signa causarum.
agentis in materiā flegmaticā humoralē existentez
in intestinis p̄cipue in loco vbi passio cōprehendiꝭ
q̄ facit materiā euaporare ⁊ eā cōuertit in vapores
⁊ ventositatē. naz illa tensio siue inflatio nō est a ci/
bo qui ventoseꝭ qm̄ assumptio cibi boni ⁊ facilis di
gestionis nō ventosi esset cā q̄ talis passio nō senti/
retur: hoc aūt est cōtra experientiā. Nā ex bonita/
te ⁊ regiminis natura sentit alleuiationē nisi totalis
cā ex parte digōnis qm̄ ex eius bonitate nō sentit
magis alleuiatiōis. Cū igiꝭ cause ventositatis sint
aut ex cibis vel est digōnis malicia aut ex debilita
te naturalis caloris vt ex superioribꝰ adductū est ⁊
nō sit ex duabꝰ primis causis relinquiꝭ q̄ fit ex ter/
tia. ¶ Nō nego tn̄ quin interdū ꝯcurrat malicia di
gestonis ꝓpter multā stomachi humiditatē. Ad id
etiā iuuat epatis caliditas illa dispositio nō est ne/
gligenda quoniam posset ex eius diuturnitate ad Ordo.
ydropem siccam perducere.
¶ Cura duobus medicinalibus perficitur instru/
mentis. scꝫ dieta ⁊ potione. Cura per dietaz.
¶ Cura ꝑ dietā ꝯsistit ī fugiēdo ea q̄ sunt ꝯtraria
⁊ ꝓsequēdo ꝯueniētia. Et p̄io ponā q̄ fugiēda sūt. Aer.
Deinde q̄ cōueniunt in vnaquaqꝫ re nō naturali.
¶ Incipiendo ab aere. Nocet aer vehemēter fri/
gidus ꝓhibens euaporationē ⁊ eiꝰ resolutionē. Et
aer cali. multiplicās euaporationē ⁊ distrahēs calo
rē naturalē a sua opatione ad exteriora: ⁊ resoluit ⁊
debilitat. qm̄ aer hu. ⁊ grossus multiplicat vētosi/
tates ꝓpter multiplicationē hūitatuz grossarū in/
flatiuaꝝ. Et nocet aer q̄ ꝑ eius vētrē ingrediꝭ sicut
accidit illis q̄ bibūt. cū vase stricti orificij cuiusmōi
est ampulla aut q̄ in gurgitādo bibūt trahūt ad in/
teriora aerē. ¶ Uitet īsup aerē vētosuz p̄cipue flāte
austro vel borrea. Nocet insup corpis friditas ⁊ p̄/
cipue pedū pariter nimia corpis caliditas. Caueat
etiā loca hu. habitare ⁊ terrena. Cōuenit aer clarus
bene euētatꝰ declinās ad cali. ⁊ sic. Qui nō fit natu
raliter fiat arte cū igne accēso ī loco sue habitatio/
nis cū lignis siccis habētibꝰ bonū odorē sicut sunt
iuniperus

iuniperꝰ sauina laurꝰ abies ⁊c. Aut suffumiget cum
thure sandaraca laudano aut storace sicca vel q̄rcus
iunipi cū oībꝰ istis mistis aut aliquoꝝ istoꝝ prius
supponat. Teneat corpꝰ ⁊ extrema adeo ſm tempo-
rum varietatem munita vt non frigeat neq̄ nimia
calidi. extuet. Habitet in loco a terra remoto inter
duo solaria posito.

De accidētibus aī.

¶ Caueat ab accidētibꝰ animi distrahētibꝰ calorē
naturalē a sua opatiōe ⁊ p̄cipue a bona dispositiōe:
cuiusmōi sunt tristitia timor ira multa sollicitudo.
Et coitus q̄ ad accidētia animi reducit ⁊ ꝓprie cū
fuerit supfluꝰ aut factus sup repletōe cibi nondū di
gesti. Cōuenit letari gaudere ⁊ bene sperare p̄cipue
de sanitate sua. Et coitus p rara interualla facit na
tura ipm mouere: ⁊ nō visio mulieris aut tactus ⁊
fiat post complementū prīe ⁊ scđe digōnis. ⁊ tertia
digestio incepta: hoc aūt tēpus cōiter est p septem
aut octo horas a fine cene imediate precedentis.

De motu ⁊ quiete.

¶ Fugere dꝫ oē forte exercitiū imediate post cibū
factum siue fuerit pedester siue equester siue bracijs
ludēdo aut dimicādo. Neq̄ minꝰ nocet lōga qes.
Cōuenit post cibū leuis ambulatio. Cū vero cibꝰ ē
digestꝰ i stō ⁊ epate ⁊ i mēbris pulsis prīo supfluita
tibus prīe ⁊ scđe digōnis laudat exercitiū excitās
calorē siue equitādo siue ambulādo fiat aut dimicā
do vel quomodolibet aliter exercēdo adeo vt vene
videant fieri grossiores vel q̄ corpꝰ videat sudare:
tūc ē ab exercitio cessandū. Tēpꝰ iceptiōis ē cōiter
p horas septē distās a cibo preassumpto. Loco ex-
ercitij. conueniunt fricationes cum pāno calido ad
tibias primo postea ad coxas. ⁊ tandem ab hume-
ris vsq̄ ad manus. vltimo vero ad ventrem. Cōue
nit etiam capitis pectinatio ⁊ ipsius lotio.

De sōno ⁊ vigilia.

¶ Somnus supfluꝰ nocet ⁊ oīs somnus imediate
post cibū factꝰ. Nec minꝰ nocēt supflue vigilie. Sit
somnꝰ septē horaꝝ nō amplīꝰ octo nec mior sex. Et
prīo sup latꝰ dextrū postea sup sinistrū. Qđ si tunc
sufficiēter nō dormiuerit cōuertat ad latꝰ dextrū
sitq̄ capite bn̄ eleuato ⁊ corpe pannis debite tecto.
Laudat ēt somnꝰ sup vētrē: sꝫ nullo mō sup renes.
Nec dormire icipiat nisi trāsiuerit hora cum dimi
dia aut due hore a fine cene. De die aut non dor-
miat nisi cōtigeret q̄ i nocte ꝓpter aliqđ impediēs
nō sufficiēter dormiuerit. In quo casu cōcedit sō-
nus de die. Sꝫ minus nocet q̄ fit ante prādiū quā
post: nisi post prandium dormiendi haberet consue
tudinem relinquatur. ⁊ residuū tempus sint vigilie.

De cibo ⁊ potu mal'.

¶ Nō ꝯuenit panis azimꝰ male coctꝰ nec simulagi
neꝰ nec cibaria q̄ ex pasta fiūt azima vt lagane maca
rones ⁊ similes. ¶ Nocēt carnes antiq̄ oēs ⁊ q̄ sunt
difficilis digōnis: vt bouū porcoꝝ salitoꝝ. Et car
nes oēs mali nutrimēti vt auiū i aqs degētiū sicut
anates anseres folige ⁊ silīes. Carnes naturalr no-
uiter nate vt porcelloꝝ ⁊ aīaliū cutes ⁊ iteriora coꝝ
vt cerebrū epar pulmo cor splen ⁊ itestina ⁊c. ¶ Ex
his q̄ ab aīalibꝰ accipiunt nocet lac caseꝰ butirꝝ oua
antiq̄ frixa aut dura. ¶ Pisces generalr nō cōue-
niūt iter ceteros deteriores sunt saliti ⁊ q̄ sunt visco
si vt anguile tēche ⁊ valde pigues ⁊ hn̄tes testā vt
gābari cācri ⁊ silīes. ¶ Omniū leguminū corpa sūt
vētosa p̄cipue fabe iō dimittēda sunt ⁊ silr miliū
panicū ⁊ rizū. ¶ Cauendū est ab oībꝰ herbis fridis ⁊
hu. vt ē portulaca spiacia atriplex ⁊ lactuca ⁊c. Itē
ab oībꝰ vehementer calidis aut vētositatē generā-
tibꝰ vt mēta recēs ruta apiū ⁊c. ¶ Et a fructibꝰ her
barū fride ⁊ hu. cōplexiōis sicut citrulli cucurbite
melōes angurie ⁊c. ¶ Et ab oībus acruminibus ca-
uere debet vt sunt cepe porri bulbꝰ ⁊ aleū stāte hūo
re supfluo in vētre ⁊ itestinis. ¶ Ex fructibꝰ nocent
castanee vue recētes auellāe prūa ceresa psica criso
mila mala ⁊ pira oīa fungi ⁊ tubera pessimi sunt.
¶ Ex vinis nocet vinū dulce p̄cipue si cū sua dulce
dine fiat grossū ⁊ vinū ponticū ⁊ quodcūq̄ ē plu-
rime cōmixtionis cū aqua. ¶ Eligendus est panis q̄ — Eligenda. Panis.
sit ex farina frumenti ⁊ mūdi ab alijs granis a quo
ex toto furfur nō sit excussū sitq̄ debite fermētatꝰ
⁊ cōueniēter coctus: in cuius cōfectiōe ponat aliqđ
salis. Qđ si cū eo in cōfectione poneret aliqđ ani-
sorū pulverizatorū ⁊ masticis esset admodū cōue-
niens. Nō sit pluris tpis triū dierū nec paucioris
vnius diei ⁊ cū comedit mundet a corticibꝰ. ¶ Car — Carnes:
nes sint ex volatilibꝰ siluestribꝰ pdicū fasianoꝝ tur
turarum turdoꝝ merularum ficedulaꝝ ⁊ similiū.
¶ Ex domesticis caponū ⁊ gallinaꝝ iuuenū pullorū
pipionū colūbarie volare incipiētiū. ¶ Ex quadru-
pedibꝰ siluestribꝰ caprioli apri leporis iuuenis. ¶ Ex
domesticis edi castrati iuuenis vituli lactātis ⁊ agni
ānual'. ¶ Ex his q̄ ab aīalibꝰ sumunt cōcedunt oua — Oua:
sorbilia tremula aut mollia in aqua decocta albumi
ne reiecto. ¶ Si iterdū caseo vtit sit nō viscosus me — Caseus.
dius iter veterē ⁊ recētē de quo in fine cibi sumat.
¶ Ex piscibꝰ minus mali sunt qui recentes squamo- — Pises.
si in aquis currētibꝰ capiti cuiusmōi sunt lucij ca-
pedani carpiones scardine ex mari trilie solee aura
te passares ⁊ silēs. ¶ Ex leguminibꝰ vti pōt brodio — Legumia
cicerū rubeoꝝ ꝯdito cū rosmarino ⁊ saluia. ¶ De — Herbe.
herbis cōcedunt petrosillus feniculus borago bu-
glossa mellissa saluia endiuia. ¶ Et si herbis fridis
aliqn̄ vtit sumat ꝑmixtas calidis lupini. cōcedunt
⁊ capares. ¶ Ex fructibꝰ cōcedunt passule enuclea- — Fructus.
te ⁊ silr cū nucleis bene masticate carite pingues si-
stici a reliquis abstineat. ¶ Ex cōfectionibꝰ vti pōt — Cōfectio.
anisis habētibꝰ vnā zucari cooptura an̄ cibū ⁊ mar
ciapane ⁊ pignocatis granis pini priꝰ ꝑparato. scđ
artē zenzi. cōdito. ¶ Post cibū etiā sumere pōt gra
na coriandroꝝ ꝑparatorū habentiū vnicā cooptu-
raꝫ zucari ⁊ diacitonitcꝫ. ¶ Spēs quibꝰ vti dꝫ sup — Spēs.
cibarijs suis sunt. ℞. cinamomi electi. ʒ. ij. zenze.
℈. ij. granorū paradisi amomi ameos carui an̄. ℈.
j. galāge gariofi. macis an̄. ʒ. ß. croci. ℈. ij. pistent
subtilissime ⁊ cribent. ¶ Vinū sit albū clarū me- — Vinum.
diū inter dulce ⁊ bruscū nō fumosū quo absq̄ aq̄
vtat. Et si fumosus esset hauriat per horā antequā
bibat ⁊ ponat in cratera ⁊ in eo ponat medulla pa
nis calefacti nā hoc mō ꝑparando remittitur potē
tia vini ⁊ aufert fumus. Qđ si limphare placuerit
sit aqua cocta cum anisis.

De repletione ⁊ inanitione documenta.

¶ Cauere dꝫ ab omni repletione ciborū supflua
⁊ studium sit vt bona fiat digestio ꝓpter hoc dant
q̄dā documenta obseruāda. ¶ Primū q̄ stante ma — Primū.
gno appetitu ad cibū nō est comedendū vsq̄ ad sa
citatē imo surgendū est a mensa cū reliquijs famis.
¶ Scđm cū verus fuerit appetitꝰ nō est cibus diffe — Scđm.
rendus. ¶ Tertiū nūquā est comedēdū nisi cibus — Tertium.
priꝰ assumptus fuerit digestꝰ ⁊ iaꝫ aduenerit appe-
titus. ¶ Quartū in eadē mensa nō sumant varia ci — Quartū.
baria multum imo sufficiat cibum vnum aut duo.
¶ Quintū si cōtingerit cibaria plura in eadē men- — Quintū.
sa ab eo prius icipiat q̄ est facilioris digōnis sicut
si sumunt lac ⁊ carnes lac ꝑmittatur. Silr si oua sor
bilia ⁊ carnes ⁊ pisces ab ouis ē incipiēdū. ¶ Sextū — Sextum.
nō est in comedēdo longū tp̄s ponere queadmodū
faciunt q̄ stant duabꝰ aut tribꝰ horis in mensa neq̄
ita breue quin optime masticet qđ sumit. ¶ Septi- — Septimū.
mum si inclinatio ad vomitū esset in quo stomachꝰ
nauseauerit aut ꝓpter humorū repletionē aut cibi
corruptionē nō sumat cibus nisi illis repletionibus
facta fuerit euacuatio cū vomitu ponēdo digitos
in ore ⁊ p̄mēdo linguā aut assumēdo hoc vomitiuū
tepidū ⁊ inde ad horā linguā p̄mere vt dictū est.

Vomitiuũ. ℞.florũ aneti seminis atriplicis añ.℥.ß.decoquã
tur in lib.j.aque ordei vsq; ad consumptionem me
dietatis postea coletur ⁊ colatura addatur oximel/
lis simplicis.ʒ.iij.⁊ fiat vt dictum est.¶Post vo/
mitum lauetꝛ facies cum modico aceti cũ aq̃ rosa/
ta permixti.Et post stet horis duabus antequã co/
Pillule. medat.¶Si vero vomitus fieri nõ possit repletione
stante in stõ aut in sup̃ioribus intestinis sumat.ʒ.j.
infrascipta.pill'.que sunt sine custodia per horam
vnam cum dimidia ante cibum.℞.pill'.elefangina
rum.℈.ij.ß.castorei.℈.ß.misce ⁊ fiant pill'.septẽ.
istis pill'.vti potest toto tempore ãni.exceptis men
se Junij Julij ⁊ Augusti.Qd̃ si etiã ĩ omni fine.xv.
dierum eis vteretur non dubito prestarent singula
re iuuamentum tempore supra excepto.¶Si necessi
Solutiuũ tas vrgeret ad accipiendũ solutiuũ accipiat hunc
dactilum q̃ sic fit.℞.cassie nouiter tracte.ʒ.vj.ele
ctuarium de suco rosarum electuarium indi añ.ʒ.
ß.zucari albi quãtum sufficit ⁊ fiat dactilus hunc
sumat p̃ horas.v.ante prandium.¶Quod si potus
Clistere. vellet in forma potabili dissoluat ipsum cum deco
ctiõe prunorũ ⁊ passularũ.¶Si vero repletio esset
in itestinis ĩferioribus aut eẽt vẽter stiptic⁹ vel ven
ter infra vmbilicũ doleret fiat hoc enema.℞.ani
sorũ cartami añ.℥.j.caricarũ numero octo radicũ
maluauisci lib.ß.malue florꝝ camomille añ.m.j.fiat
decoctio de qua accipiatꝛ lib.ß.cui addantꝛ cassie zu
cari ro.añ.℥.j.benedicte.ʒ.vj.vitelle ouorũ ⁊ olei
de aneto olei de lilio añ.℥.j.ß.sal'.ʒ.ij.ß.Et calidũ
stomacho ieiuno supponatꝛ.¶Nimia inanitio siue
fuerit per medicinas siue per cibi abstinentiã nimiũ
nocet quod in cibo sit aliquãdo parcitas cuiusmõi
Octauũ. esset cenã dimittere ⁊ collationem facere esset lau/
dabile.¶Octauũ pot⁹ tantus sit ne cibus in stoma
cho natet.⁊ melius est parũ pro vice bibere ⁊ sepe
dũmodo quãtitas nõ sit multa quã multũ p̃ vice
Nonum. ⁊ raro neq; pri⁹ bibere ĩcipiat quã quinq; aut octo
bolos comederit.¶Nonũ postq̃ comederit ⁊ me/
Decimũ. dia hora trãsiuerit nihil bibat.¶Decimũ antequã
comedat habeat ventris beneficium vel saltim ten/
tet habere.Et hoc de regimine sex rerum non na/
turalium in quo prolixior fui quia puto magnam
partẽ cure istius dispositionis esse pendentẽ ab ea.
Cura p̃ potionem. ¶Cura siue regimen per potionem.quattuor hꝫ
intentiões.Prima est post materiei minorationem
cum clisteri aut pill'.in precedenti ca.ordinatis.ma
teriam digerere.Scd̃a est materiã digestã vacua/
re.Tertia ẽ ipsam diuertere.Quarta est ipsam alte
rare complexionem ⁊ ventositatem carminare.
Prima intentio. ¶Prima intentio.Compleatur cum syrupo qui
sic fit.℞.acori nigelle seminis agni casti ciperi squi
Digestiuũ nanti ameos añ.ʒ.j.pistentur modo grosso ⁊ buliãt
in lib.ij.aque vsq; ad consumptionem medietatis
postea coletur de colatura accipiatur.℥.iij.quib⁹
addantur oximellis simplicis.℥.j.syrupi de bisan/
tijs.℥.ß.iste est syrupus pro vna vice istum syrupũ
materie flegmatice digestiuum principaliter ⁊ pro
parte colere grosse sumat a medietate Martij vsq;
ad medietatem Maij quando placuerit per horam
ante diem ⁊ ipsum continuet septem aut octo die/
bus.¶A mẽse vero Octo.vsq; ad mẽsem Nouẽbris
inclusiue vti potest infrascripto syrpo.℞.mellisse
mente cicoree lupullorũ scolopẽdrie añ.m.j.maio
rane camedreos camepitheos añ.m.ß.seminis ani
si feni.⁊ agni casti añ.℥.ß.squinanti calami aroma
tici añ.ʒ.ij.passularum.℥.j.buliant omnia modo
prius pistata vsq; ad consumptionem medietatis in
tribus lib.aque postea coletur ⁊ colatura addãtur
zucari quãtum sufficit ⁊ fiat syrupus.Et acetosetꝛ
cum aceto squilitico ⁊ aromatizetꝛ cum modico ga
lãgo ⁊ gariofilis.℞.syrupi suprascripti.℥.ij.aquã/
rũ mellisse endiuie ⁊ scolopẽdrie añ.℥.j.misce iste
est p̃ vna vice.istũ syrupũ p̃cipaliter digestiuũ ma/
terie flegmatice secũdario colerice ⁊ melãcolice su/
mat mõ ⁊ ordine q̃ dictus est in p̃cedenti digestiuo.
Scd̃a intentio. Euacuatiuũ ¶Scd̃a ĩtẽtio.Euacuetꝛ materia iuxta ĩtẽtionẽ.ij.
℞.passularũ sine nucleis.℥.ß.dactilorũ numero.
iij.caricar.iiij.fiat decoctio de qua accipiatꝛ q̃tũ
sufficit ad dissoluẽdũ electuariũ ĩdi maioris.ʒ.ij.
cõfectiõis de dactilis.ʒ.j.mãne.℥.j.⁊ fiat potus.
Istũ potũ solutiuũ sumat cali.ĩ die ĩmediate seq̃.
diẽ cõplete assumptiõis syrupo p̃io scrpti sup̃ quẽ
cũ cepit põt hora.j.dormire.⁊ postea vigilet do/
nec trãseãt hore.v.ab hora assumptiõis.Et tũc ac/
Pillule. cipiat ciatũ aq̃ ordei facte s̃m artẽ q̃ sit calida cum
℥.j.zucari ru.⁊ ide ad horã prãdeat.¶Si maluerit
pill'.accipiat.ʒ.j.pill'.turbita.descriptiõe mesue in
Solutiuũ suo antidotario seruãdo ordinẽ q̃ dict⁹ ẽ d̃ solutiuo
suprascripto.¶Post syrupũ vero q̃ ĩ autũno accipi
dꝫ.nã ɔsulo q̃ ĩ istis duob⁹ t̃pib⁹ se purget accipiat
hoc solutiuũ.℞.lupullorꝝ scolopẽdrie mellisse endi
uie añ.m.j.carui ameos añ.ʒ.j.passularũ sine nu
cleis.℥.j.fiat decoctio de q̃ accipiatꝛ q̃tũ sufficit
Pillule. ad dissoluẽdũ diacatolicõis.℥.ß.electuariũ ĩdi.ʒ.
ij.ɔfectiõis amech.℈.iiij.⁊ fiat pot⁹.¶Si pill'.fue
rit sibi gratiores.℞.pill'.de serap.℈.ij.pill'.idarꝫ.
℈.ij.misce ⁊ fiant pill'.numero.vij.quodcũq; horꝫ
duorum capiat accipiat ordine ⁊ modo supradicto
Tertia intentio. in prioribus solutiuis.
¶Tertia ĩtẽtio.Cõpletꝛ cũ fricatiõib⁹ ad tibias
⁊ coxas ⁊ ante ad brachia s̃m modum suprapositũ
in.c.de motu ⁊ qete.Cõueniunt ad hãc intentionẽ
vẽtose sine scarificatiõe posite sup̃ nates.Et dolo/
Quarta intentio. rose ligature iuxta inguina ⁊ ĩ adiutorijs iuxta assel
Ab intra. las.Et clistere suprascriptũ ⁊ similiter vomitus.
¶Quarta ĩtẽtio.Cõpletꝛ cũ reb⁹ ab ĩtra ⁊ ab extra
approximatis.¶De his q̃ ab ĩtra approximantꝛ sunt
diaspmaticõ.i.electuariũ de semib⁹.Qd̃ describi
tur a mesue ĩ suo antidotario.Electuariũ de baccis
lauri descriptũ a rasi.ix.Almã.Cui vt dixit nihil ẽ
cõpar sibi ĩ dissoluẽdo vẽtositatẽ.Et ad idẽ diaga/
lãga dianisũ diaciminũ.Sumatꝛ de altero istorũ
ad q̃titatẽ castanee p̃ horas.ij.aut.iij.ante cibum.
Cõfert ad idẽ assumptio.ʒ.j.triace fermẽtate post ci
bũ ĩmediate p̃cedẽtẽ p̃ horas.vij.deĩde stare p̃ ho
ras octo absq; cibo ⁊ potu.¶Et ex reb⁹ valde cõue/
niẽtib⁹ ẽ galãga ɔfecta cũ syrupo acetosoꝝ fiãt pill'.
p̃ue de q̃b⁹ sumatꝛ.ʒ.j.p̃.iij.horas ante cibũ ⁊ post
Ad extra. Saculus has bibantꝛ.℥.iij.d̃coctiõis cauliũ.nã educũt vẽto
sitatẽ plurimã ⁊ hũiditatẽ paucã.xiij.tertij ca.de ĩ
flatiõe stõi.¶Ad extra ad locũ tẽsũ fiat sacellatio.
℞.nigelle ameos leuistici baccarũ lauri cimini semi
nis rute piretri añ.ʒ.j.florũ cãomille melliloti añ.
Spongia m.j.pistentꝛ oĩa mõ grosso ⁊ fiat sacul⁹.q̃ calid⁹ lo/
co ponatꝛ ⁊ cum infrigidatꝛ recalefiat ⁊ sic fiat quat
tuor aut tribus vicibus.¶Ad idem facit si predicte
Unctio. res p̃ saculo descripte decoquantꝛ in aqua in qua in
fundatꝛ spongia que expressa loco pacĩẽti ponatur
⁊ cũ infrigidatur remouetꝛ sic quater aut quiquies
fiat.¶℞.nigelle baccarum lauri rute semis agnica
sti añ.℥.j.decoquantꝛ ĩ.℥.vj.vini albi subtilis vs/
q; ad cõsumptionẽ medietatis postea coletur ⁊ co
lature addatur olei de lilio olei de aneto.añ.℥.ij.
Fortius. ⁊ simul buliant in duplici vase vsq; ad medietatis
cõsumptionẽ cum hac inunctione calida fiat inun/
ctio.¶Aliud medicamen efficacius priori.℞.leuisti
ci ameos baccarũ lauri cimini semis rute nigelle pi
retri costi añ.ʒ.j.ß.laudani.ʒ.iij.pistentꝛ mõ grosso
⁊ buliãt ĩ olei de lilio de ruta añ.℥.ij.vini maluati
ci.℥.v.lẽto igne vsq; ad ɔsũptionẽ vini postea co/
letur

letur facta optima expressione: ⁊ cum ea vngatur lo cus patiens.

Nota.

¶ Et est aduertendū q hmōi localia non sunt ap- proximāda nisi corpus prius fuerit purgatū. nā stā te corporis repletiōe excitāt multotiēs dolorem for tiorē. ¶ Laudo insuper cū vtit electuarijs supascri ptis ad perficiēdū hanc vltimā intentionē inungat semel in die regionē epatis cuȝ vnguēto infrascribē do. nā istius iuuenis epar est calī. Ex vsu suprascri ptoꝝ medicaminuȝ posset nimis calefieri. ⁊ ideo vt supradictū est vt ipse accipiat tēpore calo vtat hac vnctione siue vnguēto qđ sic fit. Recipe olei de ne- nufare. ℥. ij. aceti vini. ℥. ß. sandaloꝝ alboꝝ ⁊ rubeo rum añ. ℈. ij. spodij rosarum añ. ʒ. ß. absinthij spice añ. ℈. j. camphore. ℈. ß. cere albe parum ⁊ fiat vn- guentum molle. ¶ Utat per interualla. xij. aut. xv. dierū pill. que sic fiunt. ℞. piperis longi costi spice gariofiloꝝ xiloaloes squinanti añ. ℈. ij. anisi cina- momi cassie lignee galange folij amomi croci mirre diagredi añ. ʒ. ß. aloes epatici optimi. ʒ. ix. refor- mentur pill. numero. ix. pro. ʒ. de quibus in aurora sumat. ʒ. j. istas pill. mirabiliter vētositatē dissoluē tes ⁊ tensionem fieri ꝓhibentes sumat vt dictuȝ est excepto tempore magni caloris.

Vnguētū pro eo.

Pill. vsu ales.

Balnea.

¶ Cum nō dubitem magnā cām dispōnis ꝑdicte esse ab humiditate cerebri ⁊ a caliditate epatꝭ q plu rimuȝ cōfert balneū petrioli ad cerebri humiditatē emendandā ⁊ balneuȝ caldenallaꝝ ad cōfortationē epatis ⁊ reliquoꝝ mēbroꝝ nutritiuoꝝ. Qđ si acce- dere instituerit ordinabit modus obseruādus ⁊c.

¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ De ardore vrine cum dolore precepto in extre- mitate virge. ¶ Consilium. 70.

Casus:

Dispositio spectabilis viri Joānis Maca gini est ardor vrine siue dolor percept⁹ dū mingit aut postq̄ minxerit ī extremitate virge que est pars valde sensitiua.

Cā imediata:

¶ Et si predicte dispositionis plures possint eē cau se vt faciliter potest videri ab Auicen. xix. tertij tra ctatu. 2. vnam solum ex illis puto esse in causa scilȝ vrine acuitas. Sed vrina acui potest: aut per cōmi- xtionem colere cum aquositate vrinali: aut per com mixtionem flegmatis salsi. Ex qualibet istarū dua rum causarum vrina acuta efficitur que transiens per virgam in capite virge tanquā in pte magꝭ sen sitiua sua acuitate pungit ⁊ causatur dolor q vrine ardor appellat. Et ex hoc comprehenditur q̄ sit hu ius dispōnis cā imediata siue cōiūcta qꝛ est ipsa vri na acuta. ¶ Cā antecedens est oīs cā seu humoralis seu cōplonalis aut cōpositiōalis que vrinam reddit acutā cum p virgam trāsit. Cā antecedens est inde bitū regimen sex reꝝ non naturalium. ex quo multi- plicatur humor colericus aut flegma salsum. ¶ Di- xi doloris in extremitate virge percepti plures esse causas scilicet sanies cū vrina miscetur siue veniat a renibus siue a locis supra renes aut infra ⁊ vlce- ra existentia in collo vesice aut in virga ⁊ exsiccatio humiditatis carnium glandosaruȝ existentiū iuxta collum vesice pustule in vijs. scȝ in collo vesice aut virge ⁊ plures cōsimiles quas pro causa in proposi- to nostro non adduco cum ipsarum causaruȝ nulla appareant signa. ¶ Dico vlterius q vrina ex acuta merito colere aliquādo facit ardorem predictū. Cu ius signū est vrina tincta versus rubedinē claram q̄ cōmuniter solet euenire cum fecerit aliquod exerci- tium forte quo calefiant renes aut epar: vnde colera excitatur ⁊ ad renes trahit cum aquositate vrinali. ¶ Aliquādo vero est flegma salsum cui⁹ signum est: quia vrina est clara colore palcari. Et istđ vtpluri-

Cā añs.

mum accidit cū gescit: aut lenius exercitat. Fit mi- hi insup hoc signū certi⁹ cū frequēter soleat incurre re scabiē a flegmate salso pendētē et anteq̄ ardorē īcurreret. Quare arbitrādū est q ps illi⁹ flegmatis qđ solebat ad cutiȝ trāsmitti ⁊ faciebat scabiē nūc vero ad vrinā trāsmutat ⁊ faciat ardorē. Cōfirmat hoc idē p id. qđ mihi scribit vȝ q interdū descen dit in vrina fundus subalbidus q flegmati attestat.

Syrup⁹. lia sunt procedatur ⁊ capiat. ℥. vj. terbentine que in nebula aut ostia inuoluat aut zucaro. ¶ Aut sumat. ℥. iij. syrupi infrascripti i aurora cum. ℥. ij. ß. aque decoctionis anisorum. ℞. polipodij quercini fisticorum scorticatorum ⁊ contussorum añ. ℥. ß. foliculorum sene lingue bouis añ. ℥. ß. liquiricie rase ⁊ contuse altee mundate ⁊ contuse añ. ℥. vj. feniculorum recentium. m. j. infundantur illa in lib. v. aque per diem ⁊ noctem de mane vero buliant ⁊ colet ⁊ fiat bona expressio cui addantur cassie f. cuz predicta expressione extracte. ℥. x. Deinde. ℞. corticum mirabolanorum indorum ⁊ emblicum añ. ℥. ij. contundant ⁊ infundantur in lib. j. aque per diez ⁊ noctez de mane parum ferueat ⁊ coletur ⁊ fiat bona expressio: ⁊ he due expressiones simul misceantur ⁊ super addantur in lib. j. ß. syrupi violati ⁊ totum ad ignẽ lentum ponatur ⁊ in eo infundatur saculus ex tela lini rara in quo sit puluis ĩfrascriptus. ℞. masticis spice añ. ℈. ij. reubarbari electi. ℥. ß. ⁊ dum predicte expressiones buliunt exprimatur saculus multociens cuz spatula vt virtus egrediat ⁊ tãdiu buliãt donec spissitudinez acquirat syrupi de quo accipiatur vt supradictuz est. De hmõi syrupo sumat bis
Elium. in ebdomada. Qđ si electuariũ placeret magis. ℞. passularum enucleatarum. ℥. ij. sebesten numero. xx. anisorum. ℥. j. polipodij quercini foliculoruz sene añ. ℥. j. pistentur pistanda mõ grosso ⁊ buliant in lib. iiij. aq̃ vsq3 ad consumptionez medietatis ⁊ cũ tepida fuerit malaxent oĩa manibus ⁊ colet postea ⁊ colature addat cassie nouiter cum supradicta decoctiõe extracte. ℥. iiij. penidiarũ. ℥. ij. ⁊ simul buliãt vsq3quo acquirat spissitudinẽ mellis ⁊ remoueat ab igne ⁊ addat turbit optimi. ℥. iij. zenze. ℈. ij. zucari albi q̃ztũ sufficit ⁊ fiat electuariũ. de quo
sumat. ʒ. vj. ante prãdiuz per horã vnã aut duas. **Dosis.**
¶ Qđ si hec dosis sufficiẽter soluerit eaz sequat. Si minus eã addat. Si nimis minuat. Et eo vti poterit semel aut bis in ebdomada. ¶ Et hec de isto prio regimĩe i quo lõgior fui cum hui⁹ rei pars magna cõsistat vt fiat bona digestio ⁊ quod humores generentur laudabiles ⁊ corpus fit laxum.

¶ Cura ꝑ potiõez tres hz ĩtẽtiões pricipales. Prima ẽ materiei eũatio. Scđa ẽ ipsi⁹ diuersio. Tertia vero ipsarũ emoroidaruz exsiccatio siue resolutio. **Cura ꝑ potionem.**

¶ Pro executiõe prĩe ĩtẽtiõis ẽ ꝯsiderãdũ. vtrũ i corpe sit repletio sub forma cãe añtis. Si iuẽta fuerit cõsideret si hec repletio ẽ ex sanguie aut ex hũore melãcolico sanguini mixto. ¶ Si fuerit ex sãguie vl' ex hũore mixto sanguini ꝯuenit flobothomia vene basilice ex qua extrahant. ℥. v. aut sex sanguis. Et si repletio fuerit multa iue. ꝑe fiat secũdario per quã due. ℥. sang. eũentur obseruat3 pri⁹ canonib⁹ de flobothomia positis. iiij. primi. ¶ Sed si humor peccãs nõ fuerit sanguis nec sanguini admixt⁹ tũc cõuenit farmacia. ¶ Et q2 humor q vt plurimũ ẽ cã emoroidaꝝ ẽ melãcolic⁹ iõ prĩo digerat postea eũet ꝑ digio fiat ĩfrascript⁹ syru. ℞. suci ligue bouis succi boragis añ. lib. j. foliculoꝝ sene. ℥. ß. radicũ feniculi ⁊ apij añ. ℥. j. icidant incidẽda ⁊ pistent mõ grosso foliculi ⁊ ĩfũdant oĩa ꝑ diẽ ⁊ noctẽ in p̃dictis succis ⁊ buliãt siml' vsq3 ad cõsump. medieta. postea colet ⁊ colature addãt suci maloꝝ bñ redolẽtiũ lib. ß. aceti passulati. iij. ⁊ sil' buliãt ⁊ cũ zuca. albo q̃ztũ sufficit fiat syru. debite coctus. ℞. p̃dicti syru. ℥. ij. aquaruz boraginis lupullorum capilloruz veneris. añ. ℥. j. misce iste est ꝑ vna vice sumat calidũ ante diẽ ꝑ horã ⁊ ꝯtinuet ipm. viij. aut. x. dieb⁹. ¶ Digesto hũore euacuet sic. ℞. passulaꝝ enuclea. ℥. ij. polipodij quercini. ʒ. j. ß. florũ boragis ⁊ buglosse añ. ʒ. ij. epithimi. ʒ. ij. agarici. ℈. iiij. salis gẽme. ℈. ß. agaric⁹ incidat subtiliter ⁊ nõ pistet cũ sale gẽma infundat in oximelle simplici quantuz sufficit ꝑ sui imbibitõe ꝑ horas. vj. passule cũ polipodio buliãt in lib. j. seri caprini vsq3 ad cõsumpti. medieta. ⁊ in fine addant flores ⁊ epitimus ⁊ buliãt vna ebulitõe ⁊ remoueant ab igne ⁊ colet de colatura accipiat quãtũ sufficit ad dissoluẽduz mãne electe. ʒ. x. ꝯfectionis amech. ʒ. j. ß. ⁊ addat expssio agarici facta cũ p̃dicta decoctiõe ⁊ fiat pot⁹. Hũc potũ solutiuũ sumat calidũ in die imediate sequẽti ad diẽ cõplete sumptiõis supradictoruz syru. ꝑ horas octo post finẽ cene imediate p̃cedentis sup quẽ põt vna hora dormire cũ ceperit. Cuz vero trãsiuerint hore due ab hora sumptionis siue prius dormiuerit siue nõ amplius dormiat ⁊ vigilet donec trãseant hore. v. ab hora sumptionis pot⁹. ⁊ tũc accipiat ciatũ vnuz aque ordei calide cũ. ℥. j. zucari rub. deinde ad horam prãdeat ⁊ nõ se multo cibo grauet. ¶ Aut. ℞. pill'. indarũ. ℈. ij. pill'. de lapide lazuli. ʒ. ß. misce ⁊ reforment pill'. vij. si pill'. maluerit q̃z potuz istas capiat eo ordine qui dictus est de potu.

Margin notes: Flobothomia. Farmacia. Digestio. Euacuatio. Lauatio. Pillule.

¶ Scđa intentio. Diuertat humor a partib⁹ inferiorib⁹ ad superiores iuxta intentionẽ secũdã. Hec aũt adimplet instrumẽtis varijs. scz cuz fricatione brachioruz cũ appositione ventosarũ sup spatulas cũ scarificatione ⁊ absq3 scarificatione cuz positione manuuz ⁊ brachiorum in aqua calida cum flobotomia vene basilice ⁊ cuz vomitu fiat igit diuersio cum aliquo suprascriptorum. **Scđa intentio.**

¶ Tertia

Tertia intentio. Ab intus: ¶ Tertia intentio. scz emoroidarū exsiccatio varijs adimplet instrumentis. scz cuz rebus ad intra et ad extra administratis. ¶ De his q̄ ab intra administrant ē assumptio duar dragmar galbani sicci cuz aqua dissoluti stomacho ieiuno. De quo dixit Aui: x vij. tertij ex reb⁹ electis et exptis ē in potu sumere. ʒ. ij. galbani sicci in aqua. Et si sumat tribus vicib⁹ nō redibunt. Et idē affirmat Joānitius. Et potus aq̄ aluminose stomacho ieiuno valet vt affirmat Aui. *Ab extra.* ¶ Et ab extra multa sunt q̄ applicari pnt. Et prio cuz suffumigijs. Scdo cuz lotionib⁹. Tertio cū linimentis. *Suffumigatio.* ¶ De qb⁹ est suffumigatio cuz tamarisco de quo dixit Auic. vt in fen supra allegato q iuuat accipiat. ʒ. j. tamarisci grosso modo côtusi et supaspergat prunis accensis existentib⁹ in vase sub scāno pforato super qd sedeat patiens cū pānis inuolutis ita qd fumus exire scānum nō possit et ano recipiat. *Aliud. fortius.* ¶ Aut. ℞. bdelij. ʒ. ij. et fiat suffumigiuz eo modo qui dictus est. *Fortius.* ¶ Qd si suffumigiuz voluerit efficaci⁹ faciat cū bdellio. et cōsimiliter valet suffumigium factum cum sandaraca. ¶ Qd si suffumigium priorib⁹ efficacius voluerit fiat cuz. ʒ. j. anacardi pulverizati modo grosso et prunis aspersi. De quo dixit Aui. q erat forte in exsiccādo. Et Joānitius dixit q frequēs suffumigatio cū anacardo fcā emoroidas cadere facit. *Lotio.* ¶ De lotionib⁹ cōfert lotio q̄ sic fit. ℞. nucū cipressi corticū exteriorū glandiuz côterant mō gosso et buliant in vino nigro stiptico cū quo calido sepe anus lauet. *Alia.* ¶ Aut. ℞. vrine pacientis et cuz ea lauent sepe. ¶ Ad idē valet sessio in aqua aluminosa. *Linimētū* ¶ De linimentis valet succ⁹ ex cornis exp̄ssus i quo lana īfundat et emoroidis supponatur nāqz dixit Rasis. ix. ōtinē. q oino delet eas. ¶ Aut. ℞: pomū colloquintide integrū ex vno latere pforetur et impleat oleo cōmuni et ponat super cineres calidos et buliat. deinde exprimat et cū ea expressura emoroide liniant. Aut infundant coctū in dicto oleo aut expressione calida et superponat emoroidibus cuz velocitate eas resoluit. De rebus expertis resoluentib⁹ et dolorem sedantib⁹ est succus plumbi qui sic fit. ℞. olei de crisomilis. Qd si non habet sumatur oleū nucleoruz psicorum. ʒ. j. ß. ponatur in mortario plumbeo et cuz pistello plumbeo ad solē ducatur longa cōtrione donec inspissetur et veniat quasi ad formam vnguenti cū quo calido liniant emoroide sepe. nā hoc est vltimuz. Amen.

¶ De dispositione ppinqua ptisi.

¶ Consilium 73.

Iste iuvenis mutinensis si nō est vt credo modo ptisicus: est tamen multum ad ptisim paratus vt faciliter apparere pōt cōsideranti signa ab Auic: posita. x. tertij. c. de preparatis ad ptisim. Est eo res grauior cuz patiatur catarrum salsedinem participantem: cuius pars in pulmonē descendens excitat interdum tussiculam. aliqualis pars tendens ad stomachum impedit digestionem bonam fieri. altera vero pars aliquādo descendens per partem tolli posteriorem veniens ad humeros et difficilem facit eorum motū. Quapropter iste iuuenis vltra periculum ptisis est expositus multis alijs egritudinibus ratiōe catarri de quibus Auic. mentionem facit. v. tertij cap. de catarro. Unde res ista ex parte medici indiget magna diligentia ex parte infirmi seu pacientis magna obedientia.

Partes cure: ¶ Preseruatio a ptisi et cura catarri trib⁹ cōplet medicinalib⁹ istrumētis. Dieta potione et cirurgia.

Per dietam. ¶ Dieta cōsistit in debito regimine sex rerum non naturaliū de quibus est aer a quo principiū faciaz.

De aere: ¶ Ab aere caueat frido et hu. et vētoso pcipue flāte austro et borrea et ab aere fumoso aut malum odorez hñte. ¶ Ex reb⁹ q̄ aeri cōicant nocet capitis et corporis nimia tectura ex qua corpus nimis calefiat. Sicut ēt nocet adeo leuis tectura vt caput aut corpus frigeat vel frig⁹ sentiat. ¶ Dimittat ēt omne id. qd pect⁹ strigit gulā aut vētrē ex vestib⁹. ¶ Uitet ēt nimiā capitis aut corpis calefactionē et habitare loca hūida aut vbi sit fum⁹ aut puluis. ¶ Eligat sibi aerē clarū quietuz declinātez ad aliqualē caliditatez et siccitatē: qui si talis naturaliter nō habet fiat arte icendēdo ignē in camera cuz lignis siccis boni odoris sicut sunt ligna iunipi abietis lauri et c. sz existēte hoz lignorū odore i camera aut fumo nō itret sed postquā cessauerit. ¶ Teneat caput ita tectuz vt nō sentiat frigus neqz ita caliduz vt sudet. ¶ Corp⁹ vero vestib⁹ ita muniat vt nō extuet neqz ita paruz vestiat vt frigeat pedes teneat debite calidos igni nō ppinquet nisi p quāto pellat frigus. ¶ Locus habitatiōis pprie camere sit iter duo solaria cuius fenestre sint versus orien. aut septētrionem exposite sintqz longinqua a cursibus aquarum aut cloacis.

De accidētibus ai. ¶ Accidentia anime ex quibus indebite spiritus et hūores mouent fugiēda sunt sicut furor ira tristitia timor melācolia sollicitudo. Cōuenit gaudere letari bene spare de sua salute et cuz amicis et dilectiz cōuersari. Et qz coit⁹ ad animi accidētia reducit dico q ipm fugiat tāqz nocēs singulis suis dispositiōib⁹.

De motu et quiete. ¶ Caueat ab omni forte exercitio quōcunqz fiat siue peditando siue equitando forte exercitium calefaciendo corpus facit fumos ad caput eleuare et cuz hoc facit indigētiam maioris dilatatiōis pectoris. primum catarrum augmentat. et fm facit incurrere periculuz fracture vene pectoris. Nocet foriz exclamatio: longa retentio ānelitus: et omne exercitiū in quo caput inclinetur et incuruetur pectus. Cōcedit ante prandium et cenam prandio iam digesto leuis ambulatio per loca plana euacuatis primo supfluitatibus prime et scde digōnis. Sed magis placet loco talis exercitij fiant fricationes incipiendo a genibus et trahendo ad pedes postea ab inguinibus ad genua inde ad brachia sz nullo mō ad pectus. Laudatur ēt leuis capitis pectinatio ante prandium cū aliquali fricatione capitis sed leui. Nō multum eleuet loquendo vocem sed potius submisse loquatur.

De somno et vigilia. ¶ Nocet Somnus meridionalis et quicunqz imediate post cibum factus et omnis somnus multum longus et resupine dormire et capite depresso. Conuenit somnus primus super latus dextruz. ij. super sinistruz. Qd si non sufficienter dormiuerit vertat sup lat⁹ dextruz. Sitqz somn⁹ sex aut septē horarū nō ampli⁹ octo neqz mior quiqz. Sitqz capite debite ellevato et corpe pānis tecto. nā tertia primi cap. de regimie ei⁹ q comedit. Multis coopire pānis et ceruical eleuare sunt ex illis q̄ in digerēdo iuuāt. Et ad vltimū qdem vt mēbrorum situs ad iferiora sunt declinātes et nō ad superiora. Neqz prius dormire icipiat quā transiuerint hore due aut saltē vna cum dimidia a fine cene. Sed si ppter aliquā causam contingeret ne sufficienter in nocte dormiret dormiat in die et potius ante prandium quam post.

De cibo et potu mal. ¶ Cibi omnes qui sunt mali aut difficilis digestionis nocent et qui sunt salsi acuti amari et vehementer dulces non conueniunt vitet panē azimum aut male coctum et omnia cibaria ex pasta azima facta. ¶ Ex carnibus non conueniunt antique vt bouum caprarum et c. neqz intestina animalium vt sunt cor pulmo venter intestina splen et c. nec cutes neqz caput neqz carnes habentiū collū longū vt sunt anates ansares et c. et omnium aliarū que degunt inval-

libus aut paludibꝰ ex his que ab animalibus exci-
piuntur nocet butiruz caseus antiquus ⁊ lac ⁊ oua
nō recentia. ¶ Pisces generaliter sunt mali cū sint
frigidi ⁊ humidi multe euaporationis ad caput ⁊ p̄-
cipue nocēt saluti. ¶ Ex legumibꝰ dimittat oiz eorū
corpora tanq̄z ventosabiliz. ¶ Herbe oēs q̄ sunt mul
tuz i caliditate ⁊ sicci. eleuate sicut ruta mentastruz
ysopus ⁊c. nō cōueniunt neq̄z ille q̄ sunt mulū fride
⁊ hu. vt portulaca cucurbita citrulli anguria mello
nes. nā ista apud arabes iter olera ꝯnumerant. ¶ Et
caueat ab oibus acrumibus ⁊ fructibus illis exce-
ptis de q̄bus postea dicet̄ vinū potēs nō ꝯuenit ne
q̄z pōticū neq̄z grossuz turbidum nouū aut multuz
Cibi boni: dulce. ¶ Caueat a ꝯditis ex melle aut zucaro calidis
Panis. multū. ¶ Panē sibi eligat ex faria nō ex toto a fur-
fure mūda ex bono frumēto optime mūdo q̄ sit de-
bite coctꝰ cōpetēter fermētatus paruz q̄d hn̄s salis
⁊ fuerit diligēter comassatus hn̄s vnū diē nō am-
plius tres. ⁊ cuz comedit̄ cortex abijciat̄ exterior.
Carnes: ¶ Carnes cōueniūt ex fasianis ꝑdicibus turdis alia
ruz ꝑuarū auiū degētiū i nemoribꝰ vt filomene fice
dule ⁊ caponuz iuuenū gallinaꝝ iuuenū pullaꝝ ca-
prioli leporis iuuenis edi castrati agni annualis vi-
tuli lactātis ⁊ horuz aialiuz anteriora sunt posterio
Oua. ribus ꝑtibus p̄stantiora ⁊ melius elisse quā asse pre
pant̄ ꝓpter stōi paciētz debilitatē. ¶ Cōcedunt̄ oua
recētia sorbilia aut tremula vel in aqua fracta non
dura abiecto albumīe ⁊ caseus recēs aliq̄n ⁊ i raro
Pisces. vsu. ¶ Si q̄n accipit pisces sint ꝑui squamosi ex aq̄s
bonis currentibus capti licet aliquando concedun
tur anguille tenche ⁊ ceteri similes. Ad ingrossan-
duz catarrū cū tales pisces sint viscosi nutrimēti ⁊
difficilis digōnis ⁊ catarrꝰ satz grossus videt̄ mihi
Brodiū ci q̄ satiꝰ sit eos dimitere. ¶ Cōuenit brodiū ciceꝝ ru-
cerū. beorū ⁊ cū voluītas cēt abstergēdi pectꝰ ꝓpter māz in
eo collectā nō īcōueniret vt grana postquā essent co
cta pistarent̄ ⁊ dissoluerent̄ cū sua decoctiōe ⁊ po-
Fercula. stea colarent̄ ⁊ colatū ad ignē reduceret̄ ⁊ fiet fercu
lum. ¶ Cōcedit̄ ēt ad eandez itentionē ferculum ex
Herbe. farina fabarum factuz ex granis. Cōceditur far or-
deum fractuz ⁊ ptisana nō colata. ¶ Ex herbis cō
ceduntur borago buglossa lupullus feniculus endi-
Fructus. uia cicorea tarasacō ⁊ si misceant̄ herbe fride cū ca
lidis pōt iterdū eis vti. ¶ Ex fructibꝰ ꝯcedunt̄ passu
le enucleate dulces ⁊ due aut tres carite albe aut ci
trine i p̄ricipio mēse gratia leniendi vētrē auellane
priꝰ torrefacte ⁊ meliꝰ est eis vti in ferculo quā alio
mō ⁊ amigdale dulces excoriate ⁊ citoniuz coctū i
Cōfectōes fine mēse post q̄d nō bibat̄. ¶ Ex cōfectiōibus con-
cedunt̄ diamigdolatum seu marzapana coriandri
habentes vnā zucari coopturā q̄ sumant̄ post ci-
bum si vero multā in vētre sentiret ventositatē vti
posset in p̄ricipio mēse anisis hn̄tibus vnāz zucari
Grana. coopturā. ¶ Conueniunt aūt grana pini prius tri-
bus vicibus in aqua calida infusa in vmbra exsic-
cata. postea cum zucaro trium coctarum condita.
De inani- ¶ Nocet inanitio nimia siue fit ex cibi abstinētia
tione ⁊ re- hoc ē ex nimia paucitate siue fuerit ex sup̄flua euā-
pletione. tiōe. Nā ista ꝑducūt ad debilitatē virtutis q̄ i ca-
su ꝓposito fugiēda ē. Neq̄z minꝰ nocet sup̄flua re-
pletio nō solū hūoralis sz ēt cibalis ⁊ p̄cipue reruz
probibitarum. Nam superflua repletio si fuerit ex
cibis aptis euaporare eorum euaporatione replebūt
caput ⁊ augmentabunt catarrū aut ꝑꝑ debilitatē
caloris inati acq̄ret̄ calore extraneꝰ excitatiuꝰ vapo
Cōdi. cir- rum ad caput q̄ ē multū verēdū quapropter opor-
ca cibum. tet in mēsurando suū cibuz vti magna diligentia.
Prima. ¶ Primo ne tantum cibum sumat vt ex eo in stoma
Scd̄a. cho sentiat grauitatem aut tensionem. ¶ Secundo
nō sumat cibū nisi p̄senserit priorē assumptum esse

digestum. ¶ Q̄d si sentiret cibum in stomacho esse V omi malus.
corruptū q̄ cognosceret ex eruptuatione fetida quaz
sentiet q̄ solet cōiter expelli vomitu. Laudo cibum
corruptū euacuari sed nō vomitu ꝓpterea q̄ vomi
tus mouet materias versus caput ⁊ ip̄m replet. Itē
humores a vomitu ponunt̄ in motu. vnde postea
mouent̄ ad pectus. Amplius cū vomitus p̄cipue in
Pillule. illis q̄ ad ipsum nō sunt parati faciūt pectoris extē
sionē ⁊ alia eruptionē venarū pectoris. ¶ Quare vi
det̄ vt melius sit vt ante cibū ꝑ horaz sumat duas
aut tres pill'. aloes loti. ¶ Q̄d si cōprehenderet cor-
ruptionem ipsam esse intestinis interioribus q̄ co-
Clistere. gnosceret ex rugitu in partibus illis aut grauedinē
eā euacuet cū clisteri q̄ sic fit. ℞. malue blite mercu
rial' añ. m. j. furfuris. p. j. fiat decoctio de qua co-
lata sumat̄ lib. j. ß. cui addantur cassie zucari rub.
añ. ℥. j. yerapig. ℥. ß. olei violati olei de aceto añ.
℥. j. ß. salis. ℈. iiij. ⁊ calidūz supponatur stomacho
Tertia. ieiuno. ¶ Quod si in ventre sentiret multam vento-
sitatem adde decoctiōe anisi carui añ. ℥. j. ¶ Tertio
si appetitus ad comedēduz magnus esset nō come-
Quarta. dat vsq̄z ad sacietatē imo a mēsa surgat cū reliquijs
famis. ¶ Quarto. Non comedat in vna mēsa diuer
Quinta. Beneficiū sa cibaria q̄ si aliquando contingeret ab eo inci-
piat q̄ est digestionis facilioris. ¶ Quinto. Non tā
tum bibat vt cibus in stomacho natet. ¶ Curet om
ni die habere ventris beneficium bis aut saltem se-
mel. Q̄d si non poterit naturaliter saltem arte cum
suppositorio ex melle aut radice blite superuncta ⁊
sale conspersa vel cum clisteri vt supra ordinat vel
Cura per potionē. assumptione pill'. suprascriptarum.
¶ Cura per potionē dz medicus plures habere in
tentiōes. Unā ad materiā minorādā. Aliā ad ip̄az
digerendā. Tertia eandē māmm erradicandā. Quar
ta ad diuertendū. Quinta ad sistendū catarrū. Se-
xta ad cōfortādū caput ne materiā multiplicet. Se
ptima ꝯfortet̄ pectus ne māmm suscipiat. Octaua cō
fortet̄ stomachꝰ ⁊ mēbra naturalia vt bonaz faciat
Prima intentio. Minoratio. digestionē ⁊ corpus macrefactū impinguetur.
¶ Prima itentio implet̄ sic. ℞. pill'. yere simplicis
℈. ij. agarici. ℈. j. zenzi. gra. ij. diaganti gra. iij.
misce ⁊ cuz oximelle simplici ⁊ aq̄ nenufaris refor
ment̄ pill'. septē istas pill'. materiā a capite ⁊ a pecto
Secūda intentio. Digestio. re minorātes accipiat ꝑ horā vnā ante diez postea
differat prādiū suū ꝑ horas. v. i fine q̄rū prādeat.
¶ Digerat̄ materia iuxta intentionē secūdaz. ℞.
syrupi de liquiricia. ℥. vj. syrupi vio. mellis ro. co-
lati. añ. ℥. ß. aq̄ ordei excoriati. ℥. ij. nenufaris. ℥.
j. misce. Iste est syrupus ꝓ vna vice. istū syrupū di
gerentē materiā salsam in capite. ⁊ eā que est in pe-
ctore sumat calidū ⁊ nō tepidū per horā ante diē ⁊
eo vtat̄ per octo dies aut quāto videbit̄ medico p̄-
senti qui ispiciendo diligēter materiā cōprehendet
Tertia intentio. Euacuatio. esse euacuatiōi paratā ⁊ eo taliter vti incipiat i die
imediate sequēti ad diē sūptōis suprascriptaꝝ pill'.
¶ Eradicet̄ materia euacuādo iuxta tertiā inten-
tionē. ℞. pill'. aurearū pill'. de yera simplici agarici
añ. ℈. j. misce ⁊ cū electuario de succo ro. reformē
tur pill'. vij. numero. Istas pill'. materiā eradican-
tes sumat in die imediate sequenti ad diem cōplete
sumptionis suprascriptorū syruporū ꝑ horas. viij.
a fine cene imediate p̄cedentis sup̄ quas pōt cuz ce-
perit per horā dormire ⁊ postea surgat ⁊ ambulet ꝑ
cameram semiclausis fenestris ⁊ supponat ventri ⁊
ylijs pānum calidūz plus quā tepiduz partes illas
leuiter fricet. deinde sup̄ easdē partes dimittat pā-
num ⁊ sic stet donec ab hora sumptionis pill'. trā-
seant hore quinq̄z in fine quaruz sumat. ℥. v. aque
ordei excoriati cum. ℥. ß. zucari vnius cocte ⁊ inde
ad horam prandeat.

¶ Materia

Quarta intentio. Diuersio, fricatio, Ligatura. Ventose.

¶ Materia. diuertatur iuxta quartā intentionem.
Diuersio a capite ⁊ a pectore fieri pōt diuersis istru
mentis cum fricationibus.
¶ Primo a genibus ad pedes postea ab inguinib⁹
ad genua inde ad brachia sed nō ad pectus.
¶ Scd̄o cū ligaturis coxaꝝ iuxta inguina ⁊ cū liga
turis dolorosis ꝑ tres digitos supra cubitos ⁊ cuꝫ
he ꝑtes ligate fuerint ꝑ quartaꝫ hore dissoluant̄ ⁊
fiant fricatiōes. ¶ Ponant̄ ventose sup natcs cum
scarificatione ⁊ sine scd̄m qd̄ videbit̄ medico pn̄ti.
¶ Materia etiā diuerti pōt a cerebro ad os cū eua
cuatione sicut cū gargarismo ⁊ masticatorio ⁊ simi
liter sternutatorio. sꝫ isti modi diuersiōis nō placēt
Mollē q̄ mā agitaret̄ ꝑ hec ī capite ⁊ comota flue
ret in pect⁹. Et iō laudo q̄ magis diuertat̄ cū nasi

Caputpurgium.

purgio q̄ sic fit. ℞. aquaꝝ maiorane. ℥. j. violaꝝ.
℥. ß. succi folioꝝ blitꝫ. ℥. j. zucari candi. ʒ. ij. misce
de hoc liquore tepido nō calido nō frido trahat ꝑ
naras stō ieiuno tātū ī mane ꝑ horā an̄ prādiū dua
bus aut trib⁹ vicib⁹ in ebdomada trahendo ꝑ vice
v. aut. vj. guttas ⁊ sic faciat trib⁹ vicibus vna post
aliaꝫ: ⁊ nō se exponat aeri frido qn̄ sic attrahit nec
calido donec comederit ⁊ fieri incipiat postq̄ꝫ pill'.
erradicatiuas sūpserit ꝑ dies tres ⁊ cū attrahit fle
ctat caput ad posteriora ⁊ habeat os aqua plenum.

Quinta intentio. Cōtra catarrum.

¶ Sistat̄ catarr⁹ iuxta q̄ntā intentionē. ℞. diaco
dionis in forma solida. ℥. j. isti⁹ cōfectionis teneat̄
in ore inter dentes ⁊ genā ad quātitatem vnius bo
ne auellane. ¶ Aut. ℞. diacodion in forma solida.
℥. ij. spodij. ℥. ß. boliarmeni. ʒ. iij. camphore gra.
j. misce ⁊ cum syrupo de nenufare reformetur con
fectio in mortario absq̄ꝫ igne. Si medicamē volue
rit priore efficaci⁹ de hac cōfectione teneat ī ore in
tra genā ⁊ dentes ad quātitatē vni⁹ auellane grosse
ꝑ noctē totā. ¶ Aut sumat quādo vadit dormituꝫ
ʒ. j. boliarmeni cū modico vini albi ꝑmixti cum aq̄
rosata vel gargarizet qn̄ vadit dormitū duab⁹ aut
tribus vicib⁹ de vino stiptico in quo thus bulierit.
bis vti incipiat postquā eradicationem sumpserit.

Sexta intentio. Cōfortatō cerebri.

¶ Cōfortet̄ cerebruꝫ iuxta itētioneꝫ sextā ne mām
multiplicet. ℞. mirabolanū vnū cōditū chebuluꝫ.
istud mirabolanū sumat ī aurora aut ī mane cū sur
git ad libitū ter ī ebdomada quocūq̄ꝫ tp̄e ān̄i. Post
ei⁹ sumptionē stet ieiun⁹ horis trib⁹ ad minus ⁊ co
taliter vti īcipiat ad libitū postquā solutiuū accepit
erradicatiuum. ¶ Supaspergat̄ capitis cōmissuris
qn̄ vadit dormitum īfrascriptuꝫ puluerem. ℞. lau
dani. ʒ. j. ß. thuris sandarace an̄. ℈. ij. rosarum. ʒ.
j. pistent̄ subtiliter ⁊ fiat puluis ⁊ de mane cum sur
git pectinetur caput ⁊ leuiter fricetur. ¶ Aut. ℞. ni
gelle ꝑ dieꝫ ⁊ noctē in aceto infuse. deinde ī vmbra
exsiccate postea parum torrefacte vltimo pistate ⁊
ligate in sindone rara ⁊ sepe odoretur istorum vta
tur mō vno modo alio licet vti eis possit etiā simul.

Septima intentio. Cōfortatō pectoris.

¶ Pectus cōfortet̄ ne materiā suscipiat iuxta se
ptimā itentiōeꝫ. ℞. syrupi de mirto. ℥. j. ß. aquaꝝ
vngule caballine capillorū veneris an̄. ℥. j. ß. misce
iste est potus ꝑ vna vice. sumat caliduꝫ ꝑ horā ante
diē ⁊ cōtinuet ip̄ꝫ per dies octo. ¶ Aut. ℞. loch de
pulmōe vulpis. ℥. ij. de isto sepe accipiat ad quāti
tatē vni⁹ auellane ⁊ teneat ī ore ⁊ ip̄ꝫ cū ligua hinc
inde ducat ⁊ sicut dissoluitur paulatim deglutiat.
¶ Ad idem sūme laudat̄ sumere. ℥. ij. pulmonis vul
pis pulverizati ⁊ cū rob vini sumpti liniat̄ pectus
cum oleo mirtino calido cui crocus sit admixt⁹ nā

De croco.

crocus multis efficitur laudibus in confortādo pe
ctus ⁊ ānelitum. vnde. x. tertij. ¶ Et scias q̄ crocus

Nota.

est de sūma mediciarū cōferentiū dilatationi āneli
tus ⁊ asmati ꝑpterea q̄ ꝯfortat istrumētuꝫ ānelitus
⁊ facilē efficit ipsum. ¶ Oportet multum aduerte
re ne res multū calide huic iuueni approximent̄ ꝑ
pter sui catarri salsedinē q̄ mihi est valde suspecta.
¶ Si tn̄ pect⁹ eēt impeditū ꝑpter materiā q̄ ī ip̄ꝫ de
scendisset vti posset diayris eo mō q̄ dictus est de
loch de pulmōe vulpis ⁊ simil'r sumere posset syru
pum de ysopo cum aqua vngule caballine naꝫ ma
teriam abstergit ⁊ anhelitum facilem reddit.

Octaua intentio. Cōfortatō mēbroꝝ naturaliū.

¶ Cōfortet̄ stōs ⁊ mebra naturalia vt bonā faciāt
digōneꝫ ad hoc vt corpus carnosum fiat iuxta in
tentionē octauā. ℞. brodij pulle debite cocte. ℥. vj.
zucari albissimi. ℥. ß. misce. Hoc brodiū virtutum
naturaliū ꝯfortatiuū restauratiuū hūidi substātifi
ci ⁊ humorū equatiuū ⁊ itestinoruꝫ lenitiuū sumat
in aurora diebus intermissis ⁊ melius esset eo vti
omnibus diebus. ℞. pulparum alarum ⁊ pectoris
caponis iuuenis debite coctaꝝ. ℥. vj. amigdolarū
dulciū excorticatarū. ℥. j. fisticorum mundatorū.
ʒ. vj. pinearum mundatarum ⁊ ī aqua calida infu
sarum quater ⁊ exsiccatarum in vmbra. ℥. j. auella
narū mūdatarū. ℥. ß. iuiubaꝝ numero. vj. seminuꝫ
cōim fridoꝝ maioꝝ. ℥. j. minoꝝ fridoꝝ. ℥. ß. passu
laruꝫ nigraruꝫ pulparū sebesten an̄. ℥. ß. liquiricie
rase ⁊ munde. ℥. ß. amidi. ℥. j. draganti gūmi ara
bici an̄. ʒ. ij. electuarij regū. ℥. iij. mente sicce. ʒ. ij.
nucis musc. macis an̄. ʒ. j. ß. scorie ferri. p̄parate. ʒ.
j. specierū aromatici rosa. descriptōe garbrielis. ʒ.
iij. triasādalorū sine cāphora. ʒ. ij. gēarū margari
tarum electuarij de gemis sine speciebus. ℥. ß. peni
diarum ꝑtes duas zucari trium coctarum partem
vnam de his ambobus quātum sufficit pro confe
ctione. Carnes incidantur subtiliter postea in mor
tario lapideo optime pistent̄ puluerizāda subtiliter
puluerizent̄ ⁊ pistāda pistent̄ deinde oīa simul mi
sceant̄ ī mortario cum duab⁹ ꝑtibus aq̄ absinthij ⁊
vna aque buglosse de ambabus quātuꝫ sufficit pro
cōfectiōe solida ex q̄ fiat cōfectio ī morsellis: quorū
glibet sit triū dragmaꝝ. ¶ Istas ꝯfectiōes virtutuꝫ
naturaliū ꝯfortatiue ⁊ ꝑprie epatis restauratiue pro
prie hūidi substātifici oīꝫ mēbroꝝ sumat morsellos
duos ī mane saltē ꝑ horas duas ante prādiū ⁊ ite
rum duos ante cenam per horas duas prandio iaꝫ

Vnctiō.

digesto. ¶ Placet insup vt vtatur infrascripta vn
ctione que est siccitatis dorsi ⁊ totius corporis re
missiua ⁊ earundem partium humectatiua. ℞. oleo
rum violati. ʒ. j. ß. amigdolarum dulcium sisami
an̄. ʒ. vj. citoniorum. ℥. ß. butiri absq̄ꝫ sale. ℥. ß. se
minum cōmunium minorum frigidorum. ℥. ß. dra
gant gūmi arabici an̄. ℥. ß. vitelli ouorum numero
duo boliarmeni. ʒ. ij. seminis acetose. ʒ. j. rasure
eboris. ʒ. j. ß. Cere albissime quantum sufficit pro
vnguento molli draganti gūmi arabici infundan
tur saltem per diem naturalem in partem dictoruꝫ
aleorum quantum sufficit ad ipsorum imbibitio
nem ⁊ mollificationeꝫ ⁊ reliqua puluerizanda pul
uerizentur subtiliter ⁊ inde omnia misceantur ⁊ fiat
vnguentum molle. ¶ Ex hoc vnguento frido tem
pore calido vngatur tota spina a collo exclusiue vs
q̄ꝫ ad os caude inclusiue saltem per latitudineꝫ quat
tuor digitorum ⁊ hoc fiat bis in die. s. ꝑ horā ante
prandium ⁊ per horam ante cenā tempore vero fri
gido dimittatur ⁊ cum locus fuerit vnctus coopia
tur ne sit nimis calidus neq̄ꝫ frigus sentiat.

Cura ꝑ cirugiam.

¶ Cura per cirurgiam completur abrasa parte co
ronali vbi comissura sagittalis coniungitur coro
nali fricetur cū cepe squillitico infuso in aceto tam
diu donec locus rubeat ⁊ vesicetur ⁊ inde aperian
tur vesice ⁊ superponatur caulis ad ignem parum
calefactus ⁊ sepe permutetur cum vero consolida

Vesicatorium.

tur iteruꝫ fricetur. ¶ Quod si contingeret ne per fri
cationē vesicaretur locus eidem parti ponatur me

dicamen ꝙ sic fit. ℞.fermenti. ℥.ß.cantaridaruz
abscisis capitibus alis ⁊ pedibꝰ.ʒ.j.ß.puluerizent
⁊ cũ modico aceti cuz fermẽto reducant ad formã
paste ex qua fiat pallula ad quãtitatẽ vniꝰ piconis
⁊ comissure applicet ⁊ tãdiu maneat donec locus
Cauteriuz actuale. — vesicet ⁊ īde fiat vt dictũ ē. ¶ Põt fieri cauterium
actuale sz locꝰ eligẽdꝰ ē vbi terminat digitꝰ mediꝰ
manꝰ paciẽtis posita manu ad radicẽ nasi ⁊ caueat
cauterizãs ne faciat cerebruz ebulire postea remo-
ueat scara ⁊ seruet locus apertꝰ. ¶ Bauerius.

¶ De dolore renali ⁊ paralexi brachiorum tibia-
urm ⁊ crurium.

¶ Consilium 74.

QUe mihi scripta sunt de dispositione spe
ctabilis viri Francisci petri archangeli
diligenter ⁊ accurate legi. Cognoui prin
cipium egritudinis regimen precedens
⁊ eius naturalem complexionem ⁊ egritudinis va-
rias mutationes ⁊ accidentia vel potius alias egri-
tudines superuenientes. De quibus vna fuit dolor
renalis alia paralisis brachiorum ⁊ tibiaruz ⁊ cru-
rium. ¶ Arbitror quecũqꝫ fuerit aproximata debite
⁊ canonice fuerint administrata cum intellexerim
doctissimos phisicos sue cure prefuisse de quibus
Questio. — nihil aliud est arbitrandum nisi ꝙ bene ⁊ canonice
processerit. ¶ Fuit vt coniectura sum assecutus īter
doctores assertatio nunquid dolores superuenien-
tes qui potius appellari debẽt accidentia quã egri
tudines cum sint operationes corrupte lese fuerint
Baueriꝰ. — renales aut colici. ¶ Ego in ꝯtrouersia ista nolo me
constituere iudicem. Hoc vnum affirmo ꝙ simul
possunt esse dolor renalis ⁊ colicus quoniam cau-
se simul esse possunt igitur ⁊ effectus ab illis proce-
dentes. consequentia nota. ⁊ assumptum patet ex
Aui.xvj.tertij.c.de colica ⁊ ab eodem .xviij.tertij
cap. de lapide renum. Nunquid iste neruorum de-
fectus videlicet brachiorum tibiarum ⁊ cruriuz fue
rit per crisim doloris colici ita ꝙ materia faciens
colicũ dolorẽ sit pulsa ad membra predicta ⁊ fece-
rit illam membrorum impotentiaz. Non est dubiũ
ꝙ paralisis põt esse crisis colice. vnde Aui.xx.tertij
cap.ij. paralisis quod est crisis colice ⁊ quandoqꝫ
remanet cum ea ⁊ sensus ⁊c. Sed nunquid colica
precesserint est dubiuz. Aliquando ex febribus tem
poralibus est mutatio ad paralesim. Unde Aui.ca.
supra allegato ad paralesim quandoqꝫ est mutatio
⁊ apoplesiam ⁊ epilepsia colerica ꝓfocatio matricis
⁊ febribꝰ temporalibus ꝺm semitam crisis. ¶ Sed
he dubitationes nil pacienti conferunt.
Quid cõsiderandũ. — ¶ Illud quod ꝯsiderãdũ mihi videt ē nũqd balneũ
ī hac dispõne ꝯferat quantũ ad neruoꝝ laxitudinẽ.
Primum dictum. — ¶ Cũ diligẽter ꝯsiderarẽ mihi videt ꝙ stãte virtu
tis fortitudīe ⁊ ꝑcipue vitalis ⁊ corpꝰ sit īfebriens ꝙ
balneũ sibi coferat. Et ī casu placeret balneũ cãda
nellarum territorij senaruz mõ q statim dicet. Nã
illud balneum habet virtutem ferream cum partici
patiõe salsedinis a[...]nis. Et volũt nonnulli ꝙ vir-
tutẽ habeat ereã. Et tale ē. Quod huic ꝓposito ē ꝯue
Auic. — nientissimũ. Un̄ Aui.ij.primi cap.illo: Quidã orna
te loquẽtiũ dixit. Erce qdẽ aque ferree ⁊ salse iuuãt
in egrtudinibus q̃ fiunt ex fritidate ⁊ hũiditate ⁊ in
doloribꝰ articulorũ podagre ⁊ ꝯferunt lassitudini:
i.paralisi asmaticis ⁊ egritudinibus renum ⁊c. Et
ij.cano.simplici.ccc.lxxxix. ⁊ aque sulphuree ⁊ eree
sunt bone renibus ⁊ colice. Et eodem loco aqua fer
rea est bona spleni ⁊ stomacho. Et aqua erea est bo
Scdm dictum. — na ⁊ proxima illi. ¶ Dico vlterius ꝙ balneũ sulphu
reuz est illi cõueniens precipue si cuz sulphure fue
rit aliquid aluminis. Quod sua stipticitate mẽbra cõfor

tet. Cuiusmõi ē balneũ petrioli: ⁊ balneũ sancti phi — Auic.
lippi. Scda.i.c.supra allegato. Sulphuree vo aq̃
neruos mundificãt. ¶ Usus horum balneorũ talis
esse debet ꝙ corpus sit bene ⁊ diligẽter purgatum.
¶ Et cum egritudies neruorum nõ nisi farmaco pur — Mesue.
gent vt dixit Mesue ⁊ Aui.j.tertij.ca.de apople. — Auic.
ad finez. Et scias ꝙ apoplesia ⁊ palisis cõstringunt
meatus cibi quare non possunt medicine facientes
euacuationẽ euacuare ex materia faciẽtes ipsas pro
prie. ¶ Quapropter si vnica euacuatione nõ poterit
sufficiẽter purgari: qr forsan ꝓpter lõgã egritudinẽ
nõ tolleraret fortẽ solutionẽ: fiat ī duabꝰ aut tribꝰ.
Nã hoc ē fundamentũ cure vt accedat bene purga
tus. Quo fcõ petat balneũ dicti Petrioli licet bal
neũ scti phi. sit efficaciꝰ sz ꝑꝑ alia cõmoda plꝰ pla-
cet balneuz petrioli ad qd itur de mense Aprilis ita
ꝙ ibi sit de mẽse Maij ī pricipio. nã ad balneũ stã
dum ē ꝑ mẽsez aut ampliꝰ. Si tardiꝰ accederet ma
nendũ ibi cẽt de mẽse Junij tꝑe calido in quo male — Modus.
fert balneuz. ¶ Cumqꝫ ad ipsuz applicuerit quiescat
ꝑ duos aut.iij.dies. Quibꝰ exactis circa solis or-
tuz portet ad balneũ caldanellaꝝ ī quo balneet cor
pus totũ ꝑ spaciũ vniꝰ hore si nõ senserit debilita
tẽ aut molestiã aliquã. Deīde itret balneũ lintiami
nibꝰ calefactis priꝰ ⁊ corpe mediocriter pãnis tecto
tẽtet si põt sudare. Si sudauerit faciat pãnis cali-
dis corpꝰ exsiccari: postea se induat. Si nõ sudaue-
rit eũ steterit ꝑ horã vnã ī lecto se induat ⁊ inde ad
horã prãdeat ⁊ eadẽ die nil aliud faciat. Et silẽz or-
dinẽ teneat ꝑ tres dies ꝓximos sequẽtes. ¶ Quibꝰ
ꝑteritis de mane ī ortu solis balneet se ī balneo mi
litũ ⁊ igeniet vt aqua descendẽs ī balneuz det sup
ꝑtẽ posteriorẽ colli. In quo si sibi molestũ nõ fuerit
maneat ꝑ horã. Si ex eo sentiret debilitatẽ statim
egrediat. Postquã egressus fuerit lectum igrediat
⁊ tentet sudare ⁊ faciat vt dictuz est de balneo cal-
denallarũ. ¶ Et posteaquã fuerit idutus accedat ad
duciã cuius casus sit sup caput vbi comissura co-
ronalis cõiungit cũ sagittali qui locꝰ cognoscit po
nendo radicẽ manus paciẽtis ad radicez nasi ⁊ vbi
terminat digitꝰ mediꝰ illic est cõiunctio cõmissura
rũ. Et ab ea incipiat q̃ minus est calida. ¶ Ad quã
stet ꝑ horã si nõ debilitat. Unde surgat ⁊ faciat sibi
caput exsiccari cũ pãnis calidis. Et vltimo fricari
cũ manu caput ⁊ ptẽ posteriorẽ colli cũ īfusiõe quã
inferiꝰ ordinabo. Deinde stet ꝑ horã ⁊ prãdeat. ¶ Cũ
qꝫ trãsiuerint hore.vij.a fine prãdij redeat ad acci-
piendũ aquã capiti eo mõ q dictꝰ est debere fieri de
mane. ¶ Hũc ordinẽ seruare dꝫ quousqꝫ steterit pe
trioli. Quod esse dꝫ tꝑs vniꝰ mensis qñ posset suffer-
re balneũ ⁊ duciã eisdẽ modis q dicti sunt: hoc ex
cepto ꝙ bis in ebdomada se balneet ī balneo calde-
nallarũ: reliquis diebꝰ in balneo militũ: seruatis or
dinibus ⁊ modis qui dicti sunt. Et cum se ducia-
uerit ꝑ duos dies ad vnã duciã mutet se ad aliam
pauluz calidiorẽ: ⁊ ita ꝓcedat donec veniat ad du-
ciã ꝓpinquã calidissime ꝑ duas ducias ⁊ ibi quie
scat donec cõpleat balneationẽ integre. ¶ Et si ꝑ ali
quod accidens nõ possz sufferre balneũ per horã ⁊ pa
riter duciã stet petrioli per amplius tempus quam
illud qd est dictũ. ¶ Huius ordinis cã est qr balneũ
caldenallarũ habet virtutem ferream cum aliquali
alumine ⁊ forsan vt dicunt aliqui aliquid eris par-
ticipat. ⁊ iõ ꝯfert stomacho spleni qui in tanta egri
tudine debet esse debilitati renibꝰ ⁊ neruis vt appa
ret ex superius dictis auctoritate Auic. ⁊ hoc bal-
neũ est leuius balneo militũ. ¶ Loco supradicti bal
nei posset interduz balneari ī balneo sctẽ Lucie vbi
mulieres se balneãt. ¶ Balneũ militũ fit ex aq̃ Pe
trioli cum permixtione aque balnei de ferro ⁊ ideo

balneum

balneum istud hꝫ minerā sulfuree principal'r cū alu
mine ⁊ virtute ferri. quare cōuenit neruis debilib⁹
resoluit lassitatez ⁊ paralesim. Et pōt administrari
sup partē posteriorē colli vbi est origo neruorum ve
nientiū ad brachia. Unde Auic. 2. tertij. In quācꝫ
egritudinibus neruoꝝ intētio est ad posteriorē ptez
colli capiti habēda est cura: qm̄ a cerebro īmediate
aut mediāte nucha oriunꝫ omnes nerui. ¶ Necꝫ ēt
displiceret quādo tollerare posset vt itraret balneū
magnuz petrioli in vespere postq̄ꝫ sumpsisset duciā
in quo staret vsqꝫ ad vmbilicum per tēpus hore me
die aut amplius. ⁊ hoc in diebus postremis. ¶ Et ꝓ
pter comoditates hoꝝ balneoꝝ que petrioli haben
tur ⁊ nō in sancto Philip. dixi ꝙ plus mihi place-
bat petriolum non obstante ꝙ balneuz sancti Phi
lippi esset efficacius.
¶ Uolentes ex balneo vtilitatē cōsequi. Infrascri
pta documēta sunt obseruāda. ¶ Primū ꝙ antecꝫ
balneū intret conetur habere ventris bn̄ficium aut
saltē tentet qd̄ si veniret vt aliquādo solet fieri sti-
pticus faciat sibi fieri ante introitum in balneo cly-
stere tale. ℞. decoctionē capitis castrati cuz malua
⁊ paritaria lib. j. ß. cui addātur mellis. ℥. ij. olei. ℥.
iij. salis. ʒ. ij. ⁊ calidum supponatur. ¶ Secundum.
Si debilitatem sentiret dum esset in balneo statim
egrediatur idem faciat cum aquā accipit ad caput.
¶ Tertiū. Cū in balneo existit nihil bibat si vehemē
ti siti vexareꝫ sumat grana granatorum aut zucca-
rum canditū in ore aut primum in aqua remolitū.
¶ Quartum. Cū egrediꝫ balneū aut exit a ducia nō
comedat necꝫ bibat donec corpus sit infrigidatuz.
¶ Quintū. Post solis occasuz nō stet extra domū.
¶ Sextum. Quando comedit non prius bibere inci
piat quā comederit quincꝫ aut sex bolos ⁊ bibat ꝓ
vice paruz ⁊ potius sepe: sed quātitas totius sit pau
ca. Sit vinum paruum ciseolū non dulce necꝫ acer
bum: sed inter hoc mediū. Sed si arbitraꝫ ꝙ posset
abstinere a vino de quo dubito propter egritudinē
laudarem aquā mellis cū cinamomo aromatizatā.
¶ Septimū. Cibi sint sicut perdices fasiāi turtures
capones iuuenes ⁊ iuuenes galline pulli. ¶ Ex qua-
drupedib⁹ sicut carnes edi ⁊ castrati ab alijs absti-
neat post cibum sumat grana coriandri hn̄tia vnaz
zuccari cooperturam.
¶ Euntibus ad balneū solet aliquādo accidere ru-
bedo oculoꝝ. ¶ Que si acciderit ponātur vētose si-
ne scarificatione sup spatulas. Et postea fiant spatu
larū fricatiōes. Et in oculis ꝓijciaꝫ albumē oui cū
aqua ros. cōquassati cū prius spuma abiecta fuerit:
⁊ in dicto medicamine infundaꝫ cotum ⁊ oculis su
perponatur: ⁊ sepe mutetur ita vt nō exsicceꝫ. ¶ Con
uenit ēt lac recēs in oculis iniectum: Sꝫ cū iniectū
fuerit nō ꝑmittatur diu stare quin oculus mundeꝫ:
quoniā acetosaretur ⁊ oculis noceret.
¶ Aliquādo accidit epatis supcalefactio cui proui
deaꝫ vngēdo regionē epatis an̄ introitū balnei cuz
ceroto sandalino. ¶ Qd̄ si hoc sufficerē non videaꝫ
exhibeaꝫ infrascriptū iulep ꝙ epatis infridatiuum
est que ꝯfortatiuū ⁊ mūdificat renes ⁊ ꝓseruat a ge-
neratiōe lapidis in renib⁹. ℞. aquarum endiuie. ℥.
vj. epatice. ℥. iiij. seminū cōmuniū maioꝝ frigidorū
ʒ. iiij. capilloruz vene. ℥. iiij. buliāt in predictis aqs
granorum alkekengi numero. x. sandalorum rubeo
rum. ʒ. ij. ß. vsqꝫ ad consumptionē quarte partis po
stea coleꝫ ⁊ colature addaꝫ zuccari triuz coctarum
quantū sufficit ⁊ fiat iulep longū. Dosis est. ℥. iij.
ß. ꝑ duas horas de mane an̄ introitū balnei. ⁊ hoc
tal'r sumat bis aut ter i ebdemoda dieb⁹ iterpositꝭ.
¶ Si cōtingeret ꝙ a capite ad pect⁹ mā descēde-
ret ⁊ tussi aut alio nocumēto patiēs molestareꝫ ex-
bibeanꝫ post cenam qn̄ vadit dormitū. ℈. ij. pillu.
de yera cōposita seu de yera Nicolai. Et de mane
sequenti nō intret balneuz. Nec exponat caput du
cie. Sed in vespere faciat vt in superioribus dieb⁹.
Aqua cū qua caput ⁊ collū est fricandū. vt supradi
ctum est. ℞. aque vite quater sublimate lib. j. ß. thu
ris gariof. laudani macis nucis musc. an̄. ʒ. j. pisien
tur mō grosso. ⁊ infundanꝫ in dicta aqua que sit in
vase vitreo. ⁊ optime claudeaꝫ cū cera ne possit eua
porare. ⁊ vtaꝫ ea vt dictum est.
¶ Si casus esset ꝙ nō posset ire ad balneū opꝫ: vt Cura med:
via medicine subueniaꝫ ꝓsupposito debito regimi-
ne sex reꝝ nō naturaliuz qd̄ nō dubito qui per eos
interfuerūt cure fuisse debite ordinatū. Et admisso
vt arbitror ꝙ hec paralesis siue neruoꝝ defectus sit
a materia frigida neruis imbibita. Medicus ꝓ ei⁹
cura plures dꝫ habere intentiōes. Una est materiā
egritudinē facientē. ⁊ existentē sub forma cause ante
cedētis digerere. Scd̄a est post digestionē ipaꝫ eua
cuare. Tertia est diuertere. Quarta est cōplexionez
membroꝝ alterare. ⁊ ipsa membra cōfortare. Quin
ta est accidentibus succurrere.
¶ Prima intentio adimpleꝫ sic si corpus fuerit de Pria iten.
bile. ℞. acori. ℥. j. passulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. vj. floruz Digestiuū
sticados arabici. ℥. j. ß. yue. ℥. ß. buliāt oia i lib. iij.
aque vsqꝫ redeat ad medietatem. ⁊ coleꝫ. ⁊ colature
addaꝫ mellis rosati colati q̄ꝫtum sufficit. ⁊ fiat iu-
lep lōgū. ⁊ aromatizeꝫ cū nuce musc. Dosis est. ℥.
iij. ß. Hmōi iulep deꝫ calidū ꝑ horā ante diē est. n.
domesticū. ¶ Si vero virtus esset fortior digetatur Fortius.
cū infrascripto syrupo qui optime materiā flegma-
ticā ad euacuationē disponit. ¶ Ueruz ꝙ magis ca Syrupus
nonice ꝓcedēdo a iulep suprascripto tanq̄ꝫ a debi- magrālis.
liore esset incohoandū. ℞. calamēti mētastri polij pu
legij ysopi saluie maiorane rorismarini timi rute do
mestice. ⁊ siluestris betōice. ⁊ serpilli an̄. M. ß. yue
M. j. radicū acori aristologie lon. ⁊ rotūde pance-
dani an̄. ʒ. ij. radicū feniculi apij brusci petrosilli spa
gi an̄. ℥. ß. sticados anisi feniculi ameos carui leui-
stici sileris mōtani an̄. ʒ. j. ß. passulaꝝ. ℥. j. ß. deco-
quanꝫ in sufficiēti q̄ꝫtitate aque vsqꝫ ad comsump.
medieta. postea coleꝫ. ⁊ colature addaꝫ mellis quā-
tū sufficit. ⁊ fiat syrup⁹ ⁊ aromatizeꝫ cū nuce mus.
cinamomo. ⁊ cubebis. ℞. supradicti syrupi. ℥. ij.
aquaꝝ saluie yue. ⁊ mellisse an̄. ℥. j. misce iste est ꝓ
vna vice sumat calidūz in aurora totiēs quousqꝫ in
vrinā appareat digestio in materia.
¶ Scd̄a intentio. sic adimpletur. ℞. pillu. de yera Scd̄a itē.
cōposita pillu. de hermodactilis maioꝝ an̄. ʒ. ß. mi Eūatiuuz:
sce. ⁊ fiāt pillu. vij. istas pillu. materiā euacuātes a
capite ꝑ horas. viij. post finē cene īmediate ꝓcedēti
sup quas pōt cū assumpserit dormire ꝑ horā vnam
aut vnā cū dimidia. deinde vigilet donec trāseant
hore. v. ab hora sumptionis pillu. Et accipiat tūc
℥. iiij. aq̄ mellis calide. ⁊ inde ad horam prandeat.
¶ Si pill. vellet fortiores sumat mō ꝯsimili. ʒ. j. pil Laxatiuū
lu. cochiaꝝ. veꝝ ꝙ ista limittanꝫ fm ꝙ apparuerit Pillule.
medico presenti in diminuēdo. aut addendo cōside-
rata virtute patientis. ⁊ dispositione.
¶ Tertia intētio diuertaꝫ mā iuxta itētionē tertiā Tertia itē.
Hec itētio ꝯpleꝫ cū suppositorijs. ⁊ clisterijs. ⁊ fm Diuersiuum.
qd̄ pn̄ti medico appuerit: ⁊ cū gargarismatib⁹: ma-
sticatorijs. ⁊ sternutationē faciētib⁹. Un̄ dixit Me
sue ꝙ ꝓdicta ad hāc egritudinē sunt vehemētis vtu
tis purgāt. n. cerebrū. ⁊ diuertūt a pte egritudis ad
emūctoriū cōe. ¶ ℞. sinapis. ʒ. ij. corticū radicū ca- Garga.
paroꝝ. ʒ. j. ß. piretri. ℈. ij. decoquanꝫ in. ℥. viij. aq̄
vsqꝫ ad ꝯsump. tertie ptis. ⁊ coleꝫ. ⁊ colature addā
tur aceti sqllitici. ℥. j. ß. mellis ro. co. ℥ ij. ⁊ garga- Mastica.
rizetur. ¶ ℞. piretri minutissime incisi. ℈. ß. masti-

cis gra. x. masticent simul & humiditas q̄ in ore venerit expuat. & hoc fiat per quartā ꝑtem hore. ¶ Recipe eillebori albi subtilissime puluerizati insufflectur naribus ad quātitatē gra. frumēti aut minus & fit sternutatio. Istoꝝ vtat modo vno & mō alio: sed ab eis nō incipiat nisi post bonā euacuationem:

Sternutatorium.

Quarta intentio. Alteratiuum.

¶ Quarta intentio. Alteret mala cōplexio mēbrorū cū qua etiā mēbra cōfortātur iuxta quartā intētionē. Recipe tyriace. ʒ. j. aut tātūdem metridati & det post cenā ad septimā horā postea stet ieiunus ꝑ horas septē. ¶ Ad idē valet si exhibeant. ʒ. ij. ß. diamus. dulcis. ℞. xiloaloes cinamomi corticum citri zinzib. galāge aā. ʒ. j. macis gariofi. croci veronici aā. ℈. j. pinearū munda. passulaꝝ enuclea. aā. ℥. ß. zucca. lib. j. dissoluatur zuccarū cū aqua decoctionis saluie capillis ve. maiorāe sticados ara. & acori & fiat electuariū qđ est valde efficax. Dosis est quātitas medie. ℥. Post qđ imediate supbibantur. ℥. iij. vini albi ꝑmixti cum aqua sublimatiōis saluie & rorismarini. ¶ Ad hāc itētionē valet exhibitio quātitatis fabe altil siue asse fetide; vt voluit Rasis. 1. cōtinē. de qua detur mane & sero. ¶ Celebratū auxilium ad hāc egritudinē est cōfectio anacardina de qua dixit Melue qđ erat sublimis; sʒ est valde forte medicamē nō dandū corpori incēdio paratū. ¶ Recipe oleoꝝ spice & costi aā. ℥. j. castorei piretri aā. ℥. ß. euforbij. ℈. ß. cere parū & fiat vnguētū. ¶ Aut ℞. oleorum rute costi euforbij aā. ℥. ß. castorei. ʒ. j. bdelij serapini aā. ʒ. j. cere parum & fiat vnguentuʒ. Cū altero istorum vngatur collum posterius & vngantur spondiles a loco vbi cingitur infra coxe & tibie ante prandium & cenam & pariter brachia. & postea inuoluantur in lana succida carpinata super petiam lini sutta.

Unguētū.

Aliud.

Quinta intentio.

¶ Quinta intētio cōplet cū varijs remedijs sʒ varietatē accidentiū que huic egritudini possunt ꝯiungi. De quibus cū modo nulla intelligā esse cōiūcta nō scribo. ¶ Hec medicamina que vltimo sunt scripta nō sint in vsu nisi prius fuerit corpus optīe purgatū & fuerit facta aliquotiens diuersio materie sʒ modum dictum. Deo sit laus.

¶ Bauerius de Bauerijs.

¶ An balneū sancti Philippi sit efficacius balneo petrioli. ¶ Consilium. 75.

Quesituʒ.

Me scire cupitis qđ balneū sit efficacius aut petrioli aut sancti Philippi.

Rn̄sio.

1. dictum.

¶ Ad qđ rn̄deo nō eē verꝫ balneū petrioli esse calīm & siccū in q̄rto gradu & rō est illud balneū nō hʒ calitatē & sic. nisi merito minere sup quā currit aq̄ minera illa est sulfuris & aluminis lʒ sulfur graduet cal. in quarto vt appet. 2. canonis 327. aqua cum de sui natura sit frig. minuit de cali. sulfuris. Nā si aliquid cōponit ex reb⁹ diuersoruʒ graduū id nō est ita intēsum sicut intēsior illoꝝ graduū cōponentiū. nā si id qđ est cali. in p͛io cōponatur cum eo qđ est calīm in tertio totū nō est calīm in tertio. In ꝓposito aqua petrioli est cōposita ex sulfure & aqua: ergo totum nō est calīm vt sulfur qđ est alterum componentium.

2. dictum.

¶ Dico scđo ꝙ balneū. s. Philip. citius suā facit opationem. & hoc experimēto est ꝓbatum & declarat ratiōe. Balneum petrioli habet cum sulfure suo multū aluminis. alumen est stipticū. & ꝓꝑ hoc cōuenit fluxui sanguinis: vt appet. 2. can. simplici. 654. Et ꝓpter hoc aqua petrioli nō ita cito penetrat ad ꝑtes ꝓfundas aut ad locā ad que difficilis est penetratio rōne alumis ꝯstringētis & ꝓhibētis citā sulfuris v͛tutē penetrare. ¶ Balneū. s. philip. hʒ sulfur non minus q̄ʒ balneum petrioli qđ apparet ex multo sulphure qđ ibi sit nec occurrit ꝑ ipsum. sed ꝑ loca que videnť cinericia ob magnā minere caliditatē Huic aque nō est alumē cōiunctū qđ ꝓhibeat eius penetrationē. & iō ei⁹ virtus citi⁹ ad loca penetrat ꝓfunda sua v͛tute sulfurea. & calefacit. & exiccat.

¶ Verꝫ est qđ lʒ balneū Petrioli tardius suū ꝓducat effectū cū ipso tn̄ maiorē facit confortationē ꝓꝑ alumē qđ ꝑtes vnit balneū sancti Philippi. dimittit partes in quibus operatur magis laxas. & porositates magis latas.

¶ Ob hāc cām videm⁹ qđ balneū Petrioli parum cōfert ad sciaticā cū eius materia sit in ꝓfundo locata q͛ ad eum locuʒ nō penetrat. sed balneū sancti Philippi cōfert cū essem lenis plures ad id misi q͛ fuerunt omnes liberati.

¶ Balneū militū hʒ minerā mixtam ex aqua Balnei Petrioli. & ex aqua balnei de ferro videm⁹ vtrāq̄ aquam cōfluere in dicto balneo.

¶ De balneo sancte Lucie videt ꝙ teneat minerā ferri ex eo ꝙ circa ꝑtes ꝑ quas fluit. & relinquit quādam supfluitatem que attestat colori eruginis ferri que cū gustat videt insipida nō negat tn̄ quin participet aliquid sulphuris. & aluminis, sed longe minus quam petriolum.

¶ Balneū cādenallaꝝ hʒ ferri minerā cū ꝑticipatione nitri quapꝑ eius aqua sit solutiua paꝝ tn̄. vn̄ lʒ rōne nitri soluere debeat rōne tn̄ ferri restringentis. & vnientis ꝑtes remittit solutio. hec sunt q̄ a me in his q̄ a vobis petunt sentio. Bauerius.

¶ De fistula lachrimali oculi.

¶ Consilium. 76.

Thadeus.

Cerotum quo vsus est Thadeus de Matugliano q͛ patiebat fistulā lachrimalē oculi & dʒ esse longitudinis vnius sumessi. & latitudinis. v. digitoꝝ. & incipit extēdi ex ꝑte capitis āteriori. vn̄ capilli īcipiūt nasci. & hoc postq̄ʒ trāsiuerint dies. v. a principio ducie. ¶ ℞. storaci calamite. ℥. ij. olibani masticis. ℥. j. ß. laudāi. ℥. iiij. macis. ℥. ß. cere. ℥. vj. cōficiant in mortario calido pistello addito modico oleo camomille. & reducatur ad formā ceroti renouet in oī fine duoruʒ dierum: ¶ Videbat postq̄ʒ surrexerat a ducia. & bn̄ exsiccat⁹ tali colirio iacēs resupinus accipiēdo ex eo vnā aut duas guttas. & sic iacebat ꝑ mediā horā. ℞. sarcocolle tucie prepate aā. ʒ. j. camphore. ℈. j. mirabolanoꝝ citrinorū. ʒ. j. ß. aloes. ʒ. ij. aq̄ rosate vini albi subtilis aā. ℥. iij. puluerizent puluerizāda & buliāt in duplici vase ad cōsump. medieta. & ꝑmittat residere. & accipiat ꝑs clara de qua stillet: vt dictū est. ¶ Puluis in sindone tincto in grana inuolutus. & sepe odorād⁹. ℞. ambre. ʒ. j. xiloaloes. ʒ. iij. maiorane. ℥. ß. gariof. laudani aā. ʒ. j. ß. pistent. & fiat puluis. caput. & collum aqua vite fricatur.

Cerotum.

Colirium.

Puluis.

Jacobus.

¶ Jacobus de Argili cui⁹ latus dextrū valde erat debile. & longi t͛pis. & subtilius altero. & manus nō plicabilis duciabat ī ꝑte colli posteriori. Et postq̄ʒ de mane duciatus erat in balneo militū anteq̄ʒ se vestiret vngebatur hac vnctione tamdiu quod brachium manus. & coxa. & crus debilior calefierēt vł efficerentur rubee vel vene tumefierēt. etiaʒ si in vespere post duciam succederet fricatio. & vnctio esset admodum vtile. ℞. pinguedinis galline. ℥. ij. ß. porci. ℥. ij. medulle ossiū cerui que si nō habeat sumat vituli ysopi humide ana. ℥. j. misce. & fiat vt dictū est hac vsus est octo die. ¶ Postea tali vnguēto eodem modo. Recipe radicis altee abiecto medullio. lib. ß. decoquat optīe. & postea pistet ita vt fiat pasta. postea addatur medulle cerui aut vituli. ℥. iij. ysopi humide. ℥. ij. oleoꝝ lilioꝝ alboꝝ. & sisamini: & si

Unctio.

Unguētū.

⁊ si nõ habeatur olei amigdalarum dulciū.añ.℥.
j.cere parum ⁊ fiat vnguentum.
¶Odor.℞.nigelle ꝑ diez in aceto infuse debinc in
vmbra exsiccare postea parum torrefacte vltimo pi
state ligetur in sindone grane ⁊ frequēter omni odo
retur tempore.

¶ Ser Jacobus Lēnis qui patiebať dolores ꝑ to/
tum corpus vngebať postq̃ȝ exiuerat balneū militū
anteq̄ȝ se indueret totā spinā dorsi incipiēdo a lo
co in quo collū cõiungiť spatulis ⁊ descēdendo ad
directū vmbilici cū tali vnctiõe manu debite cal'a.
℞.enule.ʒ.ij.folioꝝ lauri.ʒ.j.ß.nucū cipressi ⁊ fo/
lioꝝ eius añ.ʒ.ij.ß.calami aromatici.ʒ.j.pistentur
mõ grosso ⁊ decoquātur in lib.j.aq̄.⁊.℥.iij.olei d̄
ruta vsq̄ȝ ad ꝯsumptionē aque postea coleť facta op
tima expssura ⁊ illi addanť storacis liq̄de.ʒ.ij.saui/
ne calami aromatici añ.ʒ.j.euforbij gra.vj.cere pa
rum ⁊ fiat vnguentum molle.
¶Si epar supcalefieret qd̄ cognosciť ex vrina rubi/
cūdiore aut ardore eius añ accessuȝ balnei ꝑ mediā
horā vngať epatis regio.℞.olei ros.olei nenufaris
añ.ʒ.vj.sandaloꝝ rub.spodij añ.ʒ.ß.cāphore.℈.
ß.spice absinthij añ.gra.x.aceti vini.ʒ.ij.cere albe
parum ⁊ fiat vnguētū molle pro epate ⁊c.

Rñ.citra. Ad primū. ¶Dicitur prīo sic.Estas non vehementis caloris ē vehemētis cōturbationis.i.vehemēter cōturbans homines.ita ꝙ ipsi absqꝫ perceptiōe cal'itatis ledētis stāt cōturbati inquieti voluētes se d figura in figurā absqꝫ alia corporali causa:sꝫ solū accidit eis illud:qꝛ aer cōturbat eos sua grossitie impuritate et putrefactione.

Ad scdm. ¶Dicitur scdo sic.estas ista hꝫ matutina sua alterata s.de cal'itate ꝓcedente ad friditatē maiorē cōsueta vel ei debita fm naturā suā ꝑꝑ cāꝫ de aere frigido veris supradictaꝫ.Vel hꝫ matutina alterata ab eo qd solebat hr̄e:qꝛ solebat habere frigidiora.ꝛ nunc habet calidiora.Cōmuniter tamen accidit ꝙ circa auroraꝫ frigus plus apparet:q̄uis sol sit nobis ꝓpinquior vt colligitur a pho.25.problematum particula problemate quinto.

Ad tertiū. ¶Dicitur tertio.Prefocatio p̄dicta ꝛ nocumēta aeris pestilentialis plus apparent in die q̄ꝫ in nocte: qꝛ homines in die sunt intēti circa alia negotia.Et nō considerant leuia nocumenta que fiunt in ipsis. Ecōtra autez homines in nocte nō potentes dormire considerant quecunqꝫ sibi accidunt: sicut accidit pho habenti apa in coxa:vt dicitur a Gal.in libro de motibus liquidis.

Auic. ¶Deinde quando multiplicatur auster:ꝛ conturbatur aer aliquot dieb⁹:deinde clarificatur post ebdomadam vnam:non supra:ꝛ accidit frigus in nocte:ꝛ prefocatio.ꝛ conturbatio.ꝛ cal'itas.tunc iā venit pestilentia.ꝛ expectantur febres pestilentie.ꝛ variole.ꝛ his similia.

Glosa. ¶Tertium dictuꝫ sic declaratur(deinde)idest post ver(quando multiplicatur auster)ventus meridionalis.ꝛ subsolanus ventus orientalis(ꝛ cōturbatur aer aliquot³ diebus in estate: propter multitudinem vaporum(deinde clarificatur post ebdomadaꝫ vnā nō supra)idest nō vltra ebdomodam vnam(ꝛ accidit frigus in nocte)scilicet ipsius estatis(ꝛ prefocatio)scilicet aeris vel anhelituum(ꝛ cōturbatio)ex malitia aeris atracti(ꝛ caliditas) circa pectoralia propter predicta: (tunc iam venit pestilentia) idest predicta significant pestem iaꝫ aduenisse:ex qua corruptione future sunt(ꝛ expectantur febres pestilētiales variole.ꝛ similia)idest morbili.ꝛ carbunculi:antraces.ꝛ fluxus ventris pestilentiales.

Ratio. ¶Dictum hoc Prin.verificatur sic.quia multiplicatio ventorum austrinorum: ꝛ subsolanorum post ver in principio estatis magis replent aerem vaporibus

bus. ⁊ in ſignũ hꝰ cõturbat aer ĩ eſtate ipa aliquot diebꝰ pp multitudinẽ vapoꝝ ab auſtro ⁊ ſubſolano inductoꝝ. Deide clarificatio aeris vna ebdomada ſigat ſubtiliationẽ illoꝝ vapoꝝ ⁊ pmixtionẽ eoꝝ ad minima cũ aere. Nõ clarificat aũt aer vltra ebdomadã. qꝛ tũc pſumeret de ɔſũptiõe illoꝝ vapoꝝ ſ3 aer iteꝝ cõturbat ſilr. ⁊ accidit frigꝰ in nocte. ſ. in eſtate. qꝛ trãſacta aliq̃ pte noctis cũ ſol eſt diſtãs a nobis. ⁊ calore ſolari in aere ipſo iã incipiẽte remitti vapores aquei qbꝰ aer ẽ plenus reducũt ſe verſus friditatẽ aq̃. ⁊ ſic aer tũc infridat ⁊ accidit ɔturbatio. ſ. aeris vel hoĩuz. ⁊ pfocatio in eis. qꝛ ipſi ſentiũt quodãmõ ſe pfocari corde nõ ſufficiẽter p illũ aerẽ euẽtato neq3 mõdificato. ⁊ calitas ſentit. ſ. iterius. licet forte exteriora fugiant.

Jſa. Dcm̃ hoc pn. ɔfirmat p dictuz Jſaac q aducens aliud ſignũ peſtis dixit.

Si hiems ⁊ ver talr fuerint. neceẽ eſt ſic ĩ eſtate aer turbidus ⁊ hũidus ⁊ nõ clarꝰ. ⁊ arboribꝰ ⁊ terre naſcẽtibꝰ dñat puluis. vñ fit cã in corpe gñans deſudationes. Corpa ẽt non ſudant nec humectant. ſicut ſolita ſunt in eſtate humectari naturalr.

Queſitum. Si querit. quomodo poſſit hoc ſignum breuius poni ⁊ verificari.

Rñ. Litr. Dr ſic. Qñ poſt ver ĩ pn. eſtatis mltiplicat auſter ⁊ ɔturbat aer ⁊c. Hoc ẽ qñ in pn. eſtatis dies erũt cali ⁊ noctes fride. ⁊ erit eſtuatio ſeu ebulitio ⁊ difficultas anhelãdi pp calitatẽ. tunc iudica adeſſe peſtẽ. Rõ eſt qꝛ aer groſſus ⁊ hũidus abſẽtia ſolis infrigidat in nocte. Quo fit vt aer intus includat in die. intuſq3 ſentiat. ⁊ cũ hoc ledat mẽbra ſpũalia ⁊ nos. Igit talis aer cõturbãs offendẽs q mẽbra ſpiritualia eſt cã motus pfocatiõis. nã cor ĩ eius atractione leditur. ⁊ ex hoc apparet homini q vix ab eo euentetur.

In tertia particula ponens ſigna peſtilentie autũnalis dicit.

Auic. Qñ multiplicantur royon ⁊ aſuhub in principijs autumni ⁊ in ebul. nam indicant peſtilentiam indicatione cauſe.

Gloſa. Dictũ hoc Prin. ſic declat. Qñ multiplicant royon alſ royoni). i. ſtele cadẽtes q̃ ſunt in motu. (et ſuhub alſ alſuhub. i. radij q ſunt velut ignis inflamãs in aere (in pncipio autũni ⁊ inebul). i. in mẽſe octobris (naz) ſi iſti ignes ſepe apparent (indicãt peſtilentiam indicatione cauſe). i. ſunt ſigna ⁊ cauſe ipſius peſtilentie.

Ratio. Dictũ hoc Prin. verificat: qꝛ hij ignes ſigñt vapores ſiccos ignitos eleuatos ad ſupremã aeris regionẽ in qua igniunt ſigñt ẽt mltos vapores ſiccos in aere nos circũdãte: qui ſunt cã ſiccitat3 aeris. iõ ſunt ſigna ⁊ cauſe peſtis. nam quia eueniunt in autumno ſignificãt complexionem autumni ſiccã que eſt complexio mala: cum autumnus debeat eſſe pluuioſus: vt ait Prin. 2. fen. 1. cap. proprio: vnde redditur aer ſubtilis aptus propter ſuam ſimplicitatez recipere impreſſiones ſuperiorum ⁊ ventorum malorum infectorum ⁊ vaporum putridorum.

Auc. Jſa. Dictum hoc Prin. poteſt confirmari per dictum Jſach tale. Antiqui ſunt concordati maxie Hippo. q ſi in quattuor temporibus anni aer corrumpitur. generãtur in illo anno peſtilentie ⁊ paſſiões mortales. Cũq3 equinoctium aduenerit autũnale ſi apparuerint in aere. ſ. ſeptẽtrionali flamẽ ⁊ lãpades multe ⁊ diuerſe: ſignum eſt peſtilẽtie future.

Queſitum. Si queritur. An hoc ſignum ſit ampliabile. et quomodo.

Rñ. Citr. Dicitur primo ſub his duabus impreſſionibꝰ metheorologicis intelligi poſſunt cetere impreſſiones ignee que fiunt in ſuprema aeris regione per inflamationem exalationum a terra huc latarum. ſicut comete capre ſaltantes ⁊ dumi ardentes. quaꝝ materia poſt aduſtionem recidens quãdoq3 corrumpit aut aerem aut aquas aut vegetabilia: quibus aĩalia ⁊ homines veſcuntur.

Poteſt etiam ſub predicto ſigno quod inditio vulgi eſt quaſi celeſte intelligi aliud ſignuz prius quod fortaſſe eſt cauſa multiplicationis iſtarum impreſſionuz ſicutꝫ eſt cõiunctio velꝫ alter aſpectus maliuolus Martis Jouis ⁊ Saturni.

Dicitur ſcdo ab alijs ſub ſigno predicto poteſt cõprehendi mutatio coloris etheris ad colorez rubeũ qui accidit propter multitudinem vaporum malorum ignito. Et a quibuſdam dicitur q fortaſſe illi ignes ſignificãt aliquam aliam cauſaz notam aſtrologis aut ignotam eis. Rñ. Citr.

In quarta particula ponẽs ſigna peſtis hiemalis dicit duo ſeorſum legenda.

Et qñ multiplicatur auſter ⁊ ſubſolanus ĩ kenim alſ in keni diebus aliquot. Auic.

Primum dictum ſic declaratur. (Quãdo multiplicatur auſter) vẽtus meridionalis (⁊ ſubſolanus) ventus orientalis calidior auſtro (in kenim alſ kenit). i. in menſe. ⁊ precipue in decembri (diebꝰ aliquot). i. per aliquot dies cuiuſlibet menſis aut plurium ex menſibus ſequẽtibus vſq3 per totã hiemez tunc hoc eſt ſignum peſtis hiemalis. Gloſa.

Dictum hoc verificatur: qꝛ illi duo venti auſter ⁊ ſubſolanus ſunt alijs ventis principalibus calidiores. ſ. quã ſint boreas ⁊ fauonius putrefactionẽ inducentes. Sunt eniz calidi ⁊ humidi. Modo caliditas ⁊ humiditas ſunt qualitates que teſte pho metheoroꝝ. 4. ſunt cauſe oĩs putredinis. Ratio.

Dictum hoc poteſt confirmari per dictum Georgij. 17. continẽtis ſic aducti. Quando mouet vẽtus orientalis ſabel. i. ſubſolanus in menſe Decembris ⁊ Januarij: ⁊ in pluribus ⁊ apparebit turbidus ⁊ q pluet. ⁊ imber ſubtilis quaſi puluis. tũc turbata eſt complexio aeris. Auctas. Georgij.

Si queritur. Quomodo auſter ⁊ ſubſolanus in kenim ſignificãt peſtem. Queſituz.

Dicitur ſic. Auſter qui eſt ventus cardinalis meridiei. ⁊ omnes alij venti meridionales. ⁊ precipue illi qui ſunt verſus partez orientis ⁊ ventus ſubſolanus qui eſt ventus cardinalis orientis. ⁊ alij oriẽtales venti. ⁊ precipue illi qui ſunt verſus partẽ meridiei. hij omnes ſunt ferientes multos vapores cũ caliditate debili. ⁊ ſic turbantes aerem ⁊ ipſum ingroſſantes ⁊ nubibus replentes ſunt peſtem indicãtes ⁊ eam cauſantes. Rñ. Citr.

Et quotiens videris turbiditatem aeris ⁊ nebuloſitatem eius ⁊ exiſtimaueris pluuiam ⁊ inueneris aerem vacuum ſiccum nec pluit. tunc ſcias q complexio hiemis eſt corrupta. Auic.

Secundum dictum Princi. ſic declaratur. (Et quotiens) ideſt ſi multotiensꝫ (videris turbiditatẽ aeris ⁊ nebuloſitatem eius) maxime eſtate ⁊ autũno precedentibus. (Et extimaueris pluuiam ⁊ inueneris aerem vacuum) a pluuia (⁊ ſiccum) nõ madidum (neq3 tunc pluuit) ſcilicet in illis menſibus (tunc ſcias) ⁊ pronoſtica (q complexio hiemis eſt corrupta) ex ratione nunc dicenda. Gloſa.

Dictum Prin. ſic verificatur: quia multitudo fumorum ⁊ vaporum aerem conturbantium nec pluuijs leuatur: nec ventis aut ſole purificatur. Immo aer manetꝫ obſcurus turbidus tpe hiemali. Et precipue ſi hiems fueri auſtrina. Ratio.

Auctas. Isaac. ¶ Dcm̄ hoc ꝓn. ⁊ ꝓcedens ꝓñt ꝯfirmari ꝑ dcm̄ Isac tale. Antiq̄ sũt ꝯcordati ꝙ si vẽti in trib⁹ mẽsib⁹ hie mis. s. Decẽb. Janua. ⁊ Februa. ꝑfiẽt. ⁊ pluis ĩ aere augumẽtet. ⁊ aerꝫ ꝯplō ĩ siccitate mutet. nullã hñs pluuiã est potissimũ signũ epidimie in hieme.

Quesituz. ¶ Si q̄rit. Quõ turbiditas aeris ⁊ nebulositas ei⁹ cum paucitate pluuie in hieme significãt ꝙ ꝯplō hiemis est corrupta.

Rñ. Citr. ¶ Dr̄ sic. Qñ multotiẽs viderꝫ turbiditatẽ aeris ⁊ te nebrositatẽ ei⁹ ꝑꝑ nubes obscuras ⁊ extimauerꝫ pluuiã adesse. ⁊ tñ ĩuenis vacuũ. i. aerẽ siccũ vł clima vel regionẽ ⁊ nõ pluit. tunc scias ꝙ ꝯplō hiemis est corrupta. Rō ẽ q̄r ꝑ hec ꝙ nõ pluit sĩgat ꝙ vapores illi sunt ĩ aere retẽti q̄ calitate debili putrefiẽt ⁊ aerẽ putrefacient. hoc autẽ nõ sĩgaret si aduenisset pluuia q̄ expectabat. q̄r tũc remãsisset aer ille purificatus illis vaporib⁹ in pluuiam conuersis.

2. ꝑs cap. ¶ Prin. in. 2. ꝑte ꝑncipali agẽs de signis q̄ sunt signa tm̄ vel agẽs de signis pestis seu pestilẽtie q̄ sũt sm̄ semitam societatis cause dicit.

Auic. ¶ **Signa q̄ sunt sm̄ semitaꝫ societatis cãe st. v. g.**

Glosa. ¶ Dcm̄ hoc sic declarat. (signa) pestis seu pestilentie (q̄ sunt sꝫ semitã societatis cãe). i. q̄ nõ st cãe. sed associant causis. vel q̄ st signa pestis associãtia cãs pestis sine hoc ꝙ ꝯcurrãt ꝑ modũ cãe ad ipaꝫ pestẽ inducẽdã (sunt verbigrã) q̄tuor seorsuꝫ declanda.

Auic. ¶ **Ut videas ranas iam multiplicari.**

Glosa. ¶ Primũ signũ sic declarat (vt videas ranas iã multiplicari). s. ĩ aere ꝑ viã putrefactiõis. q̄ñq̄ꝫ cũ pluuia cadẽtes. q̄ñq̄ꝫ sine pluuia cadẽtes sup terram.

Auctas. Guliel. ¶ Signũ hoc ꝯfirmat a Guli. pla. cõciue sic dñte. Signa q̄ sigñt pestilẽtiã st rane ꝑcipue ꝑue q̄ apparẽt tꝑe pluuie cũ calitas ẽ intensa in aere. ⁊ iste rane vt plurimum sunt caudate.

Ratio. ¶ Signũ hoc verificat sic. q̄r iste rane sĩgant vapores ⁊ fumos in aere putrefieri q̄ tadẽ putrefaciũt ipꝫ aerẽ. vel q̄r sĩgant supfluã humiditatẽ ex qua fiunt iste rane. vt colligitur in solutione problematis ad hoc propositum soluendi.

Quesituz. ¶ Si q̄rit. quales st rane d̄ qb⁹ fit mẽtio ĩ h̄ signo.

Rñ. Cit. ¶ Dr̄ ab aliq̄b⁹. iste rane hñt ĩ facie eaꝝ signa rubea Ab aliĳs dicit ꝙ hñt supra dorso colorẽ karapos. ⁊ sub ventre colores citrinos aureos. ⁊ caudam paruam subtilem.

Auic. ¶ **Et videas reptilia generata ex putredine iam multiplicari.**

Glosa. ¶ Secũdum signum sic declaratur (vt videas reptilia) sic mures ⁊ araneas (generata ex putredine iaꝫ multiplicari). s. pretermodum ⁊ vltra solitum.

Auctas. Guliel. ¶ Hoc signum confirmatur a Guliel. dicente. Signa que significant pestilentiam sunt multiplicatio vermium ⁊ aialium in terra que fiunt ⁊ generantur ex putrefactione.

Damas. Confirmatur etiam hoc signum ⁊ precedens a Damas. in suis aphoris. sic dicente. In quacunq̄ꝫ prouincia habundauerint aialia ex putrefactione generata illo anno generabunt egritudines ⁊ pestes ĩ corporibus habitatorum.

Ratio. ¶ Hoc signum verificatur. q̄r ista significãt in supficie terre vel in ipso aere abundantiam putredinis ex qua finaliter inficitur aer. Uel quia significãt magnam putrefactionem terre ⁊ aeri cõmunicatam.

Quesituz. ¶ Si queritur. Que multitudo animalium designat pestem futuram.

Rñ. Citr. ¶ Dicitur sic. Quum multitudo animalium nõ consueta vel multitudo animalium plus solito apparebit. sicut buffonum locustarum vermium ranarum ⁊ pulicum ⁊ siliuꝫ. tũc designat pestis ventura.

Cũ predicta ex putrefactione aliqua genere oriant.

Quõ gñentur pulices. ¶ Licet auctor de ꝓprietatibus rerũ teneat pulices ꝓduci nõ per putrefactionẽ sed ꝑ generationẽ. Ita ꝙ vnus pulex multos simul generet: ⁊ coloris albi: qui statim fiunt nigri.

Auic. ¶ **Et videas mures ⁊ aĩalia q̄ habitant sub terra fugere ad superficiẽ terre: ⁊ exire manifeste.**

Glosa. ¶ Tertiũ signum sic declarat. (vt videas mures ⁊ aĩalia q̄ habitant sub terra) sicut talpe (fugere ad superficiẽ terre ⁊ exire manifeste) a suis antris: ⁊ tendere patenter ad superficiem terre.

Auctas. Guliel. ¶ Hoc signũ cõfirmat a Guil. dicẽte. Et fuga aĩaliũ que habitant sub terra ad supficiem terre: vt sũt (mures ⁊ talpe.

Ratio. ¶ Hoc signũ verificat vt ꝓceden tia: ideo sufficiant predicta.

Quesituz. ¶ Si querit. Quõ aĩalia habitãtia sub terra tũc fugiãt ad superficiẽ terre.

Rñ. Citr. ¶ Dr̄ sic. Talia aĩalia ex quadã nãli idustria cognoscunt putrefactionẽ magnã esse in visceribus terre vñ fugiũt ab ea. Et sic hoc est signũ pestis a visceribus terre ꝓcedẽtis. Sicut ecõtra qñ aĩalia cõsueta stare in altissimis montiũ descendũt ad inferiora ẽ signũ pestis ab alto ⁊ a superiorib⁹ ꝓcedentis.

Auic. ¶ **Et videas aĩalia male nature sicut alakiliki ⁊ silia fugere ex nidis suis: ⁊ exire ab eis. ⁊ fortasse dimittunt oua sua.**

Glosa. ¶ Quartũ signũ sic declarat (vt videas aĩalia male natur). i. venenosa. (sicut alakiliki). i. q̄dã serpẽtes vel (sicut alakiliki). i. cuculi (⁊ silia). i. pice (fugere ex nidis suis ⁊ exire ab eis) ⁊ nõ ꝑmanere in eis sicut solebãt. (⁊ fortasse). i. aliq̄ñ (dimittũt oua sua) q̄ñ. s. hñt ea cõtra naturalẽ eorũ inclinationem.

Auctas. Guliel. ¶ Hoc signũ cõfirmat a Guil. dicẽte. ⁊ fuga volatiliũ nidos ⁊ loca sua dimittentium.

Ratio. ¶ Hoc signũ verificat vt ꝓcedẽtia: ĩõ ei⁹ verificatio (nõ replicat. Uerũ fuga istoꝝ aĩaliũ significãt pestilentiã ex visceribus terre ꝓcedentem.

Quesituz. ¶ Si q̄rit. Quõ volatilia nidos suos relinquẽtia designant pestem.

Rñ. Citr. ¶ Dr̄ cuꝫ aues ⁊ volatilia: ⁊ ꝑcipue illa q̄ in montanis nidificaret sũt solita relinquũt nidos suos: ⁊ fugiunt ad planitiẽ sigñt pestilẽtiam ex alto ꝓcedẽtẽ ⁊ ideo ex quodã naturali instinctu fugiunt illaꝫ.

¶ Questiũcule circa hoc caplm̄ soluende colligent in q̄õnibus huic caplō attinentibus.

Ordo capi. ¶ Tertiũ cap. de ꝑseruatiõe a peste seu pestilẽtia.

¶ Prin. ĩ hoc cap. in. 4. ꝑtes diuiso sic ꝓcedit. In. 1. agit de ꝑseruatione corpoꝝ ꝑ ratificationeꝫ (aeris.
In. 2. agit de preseruatione corporũ per cibos eis cõuenientes.
In. 3. agit de preseruatione corporũ per euacuationes ⁊ superfluitatum exsiccationes.
In. 4. agit de preseruatione eorum per medicinas eis dandas.

1. ꝑs capli. ¶ Prin. in prima parte agens de ꝑseruatione corporum a peste per rectificationem aeris dicit quattuor seorsum legenda.

Auic. **Oportet vt aer pestilentie rectificetur.**

Glosa. ¶ Primũ dcm̄ de rectificatiõe aeris pestilẽtie sic declarat (opꝫ vt aer pestilentie rectificet) seu corrigat pro sanis ⁊ ꝓ egris. pro sanis vt cõseruentur (vel ꝑseruentur. Pro egris vt curentur.

Ratio. ¶ Dictũ h̄ sic verificat. oꝫ vt aer rectificet: q̄r oꝫ vt aer q̄ atrahit ad cor ⁊ arterias suas ꝑ refrigerio ei⁹ sit frigid⁹ ⁊ sanus ⁊ ꝑcipue ꝓ aliq̄b⁹ sanis: ⁊ opꝫ vt sit medicinalis ꝯtra ardorẽ febris ꝓ infirmis.

¶ Si

Quesitum ¶ Si querit̃ de quo aere rectificādo itelligit prin.
Rñ. Ultr. ¶ Dr̃ sic. Dcm̄ pn. est intelligendū de rectificatione aeris pestilētie acree ꝓueniētis a putrefactiōe aeris in substātia eiꝰ. Et nō intellr̃ de rectificatione aerꝫ ꝓueniente a rabiosis ⁊ effrenantibus qualitatibus eius. s. calitate ⁊ siccitate vel frigiditate.

Unic. ¶ Rectificationis aūt aeris pestilentie pars ē s̃m sanos: qui sunt in eo: de qua nunc dicetur: ⁊ ps s̃ꝫ

Glosa. sanos. de qua postea.

¶ Scd̃m dcm̄ de rectificatiōe aeris sanorū ⁊ egrorum sic declaratur.

(Rectificatiōis aeris pestilētie). i. pestilētis (ps est s̃m sanos q̄ sunt in eo). s. aere pestilētiali ad ꝑseruādū eos a morbis pestilentialibꝰ (de q̄ nūc dicet̃). s. in pn̄ti cap. (⁊ ps eius). s. rectificatiōis aeris pestilētis (est s̃ꝫ sanos ⁊ egros). i. ad ꝑsuādū sanos ⁊ ad curādū egros (de qua postea) dicet̃. s. cap. 6.

Ratio: ¶ Dictū hoc verificat̃ vt in ꝓcessu videbit̃.

Quesituz. ¶ Si q̄rit̃. Que rectificatio aeris ē ꝯueniēs sanis

Rñ. Ult. ¶ Dr̃ sic. Rectificatio aeris de qua statiꝫ (⁊ egrꝫ. est s̃m ambos. s. sanos ⁊ egros silr̃ vtilis ⁊ ꝯueniēs sic. s. q̄ reddit aerē sanū ⁊ bonū: vꝫ. p sanis ī sua sanitate custodiēdis ⁊ ipsis ab egritudibꝰ pestilētialibus ꝑseruādis. ⁊ p infirmis q̄ iā sunt infecti vt sanent̃ vel saltē vt q̄ꝫtū fieri pōt inuentur.

Unic. ¶ In rectificatione aeris que est s̃m sanos itētio est vt exsiccet̃ aer ⁊ fiat boni odoris ⁊ ꝓhibeatur eius putredo cum quacūqꝫ re sit.

Glosa. ¶ Tertiū dcm̄ d̃ rectificatōe aerꝫ p sanis sic dcl̃at̃.

(Intētio medici) rōnalis (in rectificatiōe aeris que est s̃m sanos). i. per quā sani debēt ꝯseruari ⁊ ꝑseruari (est) ⁊ consistit in tribus.

Primū est (vt aer exsiccet̃) ⁊ depuret̃ a vaporibus sibi īmixtis q̄bꝰ reddit̃ aptus ad putrefactionem.

Scd̃m est vt aer quem sani inhabitāt (fiat bōi odoris) ad confortationem virtutis.

Tertiū est (vt ꝓhibeat̃ eius putredo) q̄ꝫtū possibile est (cū q̄cunqꝫ re sit) siue calida siue frigida.

Ratio. ¶ Dcm̄ hoc sic verificat̃ quo ad oēs istas tres res. Nisi. n. rectificet̃ aer vt dcm̄ ē ⁊ ꝯsumāt̃ hūitates eiꝰ ⁊ vaporꝫ sibi ꝯmixtorꝫ nō poterit pestes euitari. Nisi ēt aer fiat boni odoris nō ꝯfortabit̃ virtꝰ sine cuiꝰ cōfortatiōe nō poterit fieri resistētia pesti. Nisi ēt ꝓhibeat̃ putredo: ⁊ q̄ est ꝓӯciat̃ cuꝫ omni re cōueniēti: siue sint ignes: siue suffumigia. siue flores. siue herbe. siue fructus vel aromata calida. siue frigida non poterit euitari pestilētia.

Quesitum ¶ Si queritur. Q̄uō aer exsiccat̃. Q̄uō fit bōi odoris. Q̄uō ꝓhibetur eius putredo.

Rñ. Ultr. ¶ Dr̃ p̄mo sic. Aer exsiccat̃ faciēdo ī domibꝰ sanorꝫ velocit̃ ⁊ aptissime ignē clarꝫ ñ fumosū nec turbidū ¶ Dr̃. 2. Aer fit bōi odorꝫ ꝑsuf̃ (die noctuqꝫ ꝯtīatū sūigatōes arōa. fcās ex rebꝰ ī seq̄nti dcō noiandis: ¶ Dr̃. 3. aerꝫ putrdo ꝓhibebit̃ dādo medias. ī. ponē.

Unic. ¶ Et rectificat̃ cū acoro ābra amigdal̃ amaris alusne assa ⁊ assaro ⁊ bonch ⁊ cipro cipsso croco ⁊ costo dulci gariofil̃ galia ⁊ glutīo albotin ⁊ iunipo ⁊ laudano ⁊ mele mastice ⁊ musco ⁊ sandaraca sauīa sq̄nāto ⁊ storace ⁊ thure ⁊ xiloal. crudo. ⁊ q̄nꝫ fiūt ex eis ꝯposita ⁊ aspgat̃ domꝰ ex aceto ⁊ assa.

Glosa. ¶ Res cū q̄bus fit rectificatio aeris sunt. 30. sigillatim declarande ⁊ verificande. (odoris.

Acorus. Pria ē acorus. i. radix gladioli q̄ d̃siccata ē suauis

Ambra. 2. est ābra q̄ est cal̃a ⁊ sicca q̄ fortificat cerebꝝ ⁊ confortat ipꝫ ac oēs sensus ⁊ corꝫ q̄ pōa ābre d̃noiantur q̄ cōponi solēt ⁊ portari ī mane cōtra pestem.

3. Est amigdale amare. i. lignū eius ex quo fit ignis ad clarificationē aeris vl̃ amigdale amare. i. fructꝰ cuius cum suis testis ad considerandum ⁊ ad comburendum. Amigdal:

4. Est alusne. Q̄d̃ dr̃ vsnee. al̃s eniꝫ arabice est articulus sicut in galico le la les. ⁊ est tennis corticis ⁊ circōuolute sup arborē ferrentē glandes ⁊ pinuꝫ. ⁊ habet bonum odoreꝫ: vt dicit Prin. cap. ꝓp̄rio. Alusne.

5. Est assa. q̄ inuenit̃ duplex. scꝫ fetida q̄ vbiqꝫ reperit̃. ⁊ alia dulcis suis odorifera quā Ienuēsis dixit se nūq̄ꝫ vidisse. nec audiuisse aliquē q̄ eā viderit. Assa.

6. Est assarū. de quo dyas. facit mentionē cuiꝰ radices gramini sil̃es hn̄t odorē suaueꝫ. de quibus siccatis fiunt suffumigia cōtra pestem. Assarum.

7. Est bonch. q̄d̃ dr̃ buchū ⁊ bucha. ⁊ est radix delata de yemen. ⁊ quidā dn̄t q̄ est radix arboris gūmi arabici. quā Rasis. 3. Al. cōnumerat inter aromata. de quo Prin. facit scd̃o cano. ꝓp̄riū cap. Bonch.

8. Est cyprus. i. radix iunci triangulis. q̄ desiccata suauiter redolet. ꝑcipue cōtrita ⁊ pānis imposita. Cyperus.

9. Est cypressus. de quo fiunt mēse. ⁊ are multe fragrantie ⁊ interdū etiā ex illis fiunt suffumigia. Cypressus

10. Est crocus. q̄ est duplex. s. orientalis quo vtunt̃ hoies in suis cibis ac medicinis. alius ortulanus quo vtunt̃ tinctores. Crocus.

11. Est costus dulcis. q̄ est q̄daꝫ radix q̄ affert̃ nobis ex terris arabū indie aut syrie. Sꝫ melior ē arabicus. qui est albus leuis ⁊ boni odoris. Costꝰ dul.

12. 13. 14. Est galia. que dr̃ galia muschata ⁊ alipta muschata ⁊ cōfictio nere: q̄ describunt̃ in antidotario nicolai. que sunt cōfectiones ꝑciose. de quibꝰ olim fiebant suffumigia. Galia. Alipta. Nere.

15. Est gariofili. oibꝰ noti. q̄ sunt multi aromatici ⁊ cordiales vel forte gariofili flores albi ⁊ rubei multum odoriferi. Gariofili.

16. Est glutin albotin. i. terbentina. q̄ plus mondificant aerē suis caliditate ⁊ siccitate. q̄ꝫ magna eiꝰ fragrantia. Gluti alb:

17. Est iuniperus. de cuius ligno ⁊ ramulis ⁊ granis fiunt suffumigia in cameris ⁊ alӯs locis. Iuniperꝰ

18. Est laudanū siue lapdanū. q̄d̃ est aptū suffumigӯs. ⁊ est veluti materia pomorū ambre. que in manu portantur cōtra pestem. Laudanū

19. Est laurus. de cuius ramulis folӯs ⁊ bacis pn̄t fieri suffumugationis. ⁊ eius folia sita interdum pānis imponuntur. Laurus.

20. Est mastix. q̄ magis exsiccat q̄ꝫ redoleat. Mastix:

21. Est mel. q̄d̃ nō solū aerē. sꝫ ēt alia multa ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis diu ꝑseruat a putrefactione ⁊ corruptione. Mel.

22. Est muschus. cuius redolentia vincit oē aromaticū. nō in suauitate. sꝫ in fortitudine. sic q̄ occultat odorē aliorū. de quo dicit Prin. q̄ cōfortat cor. ⁊ sanat tremorem cordis. ⁊ melancoliam ex solicitudine. ⁊ est tyriacha venenorum. Muschꝰ.

23. Est sandaracha. i. vernix. ⁊ est gūmi magis desicatiuum q̄ꝫ aromaticum. Sandara.

24. Est sauina. que est arbor similis cipresso. q̄ plus porrigit̃ in altuꝫ: cuius substātia est subtilis. in cuiꝰ odore est aromaticitas. de qua dicit vulgus q̄ aspsio eius inducit castitatem. Sauina.

25. Est squinantuꝫ. q̄d̃ etiam dicitur palea camelorum. que cuꝫ fuerit manibus fricata mirificū reddit odorem. si verum fuerit. Squinātū

26. Est storax. que inuenit̃ duplex calamita scꝫ rubea. est liquida sed de calamita que est gūmi odoriferuꝫ suffumigӯs aptum hmōi intendit. Storax.

27. Est thus. q̄d̃ dicitur olibanum de quo fiunt incensa ecclesӯs vt in eis diffundant hinc inde aromaticitatem. sic pōt fieri in domibus. Thus.

Xiloaloes 28.est xiloaloes crudū.i.lignū aloes.nā xilo grece sonat idem qđ lignū latine.crudū.i.nō vstulatū ad ablatione sui corticis:qꝛ crudū ē magis odoriferū vel crudū dr.i.lignū purū a quo cortex putruit ꝛ remanſit xiloaloes purum.hoc est calidum ꝛ ſiccum cordiale cerebrale ꝛ ſtomachale.

Cōpoſita. 29.est medicīe ꝯpoſite ex his aromaticis dictis.de qbus pñt fieri ſuffumigia in cameris ſanoꝝ aggregādo mlt̄a ex eis ſꝫ formas in ſeqntib⁹ dādas.

Aſperſio. 30.est aſpſio domus cū aceto ꝛ aſſa:nō qdē fetida: ſꝫ cū aromatica que nō reperit̄ vt dicit Jenueſis. Sꝫ loco aſſe cū aceto accipiunt̄ flores vl̓ folia roris marini vel maiorane vel baſiliconis vel flores accepti ex violarijs armenie.

Auctas. Raſis. ¶Dcm̄ hoc Prin.de reb⁹ p̄dcis vel aliqb⁹ eaꝝ cōfirmat̄ p dcm̄ Raſis ad Almā.q cōmiſcēdo aliq̄ ex dictis.dicit ad hoc ꝓpoſituꝫ valere ſi fum⁹ fiat de thure coſto ꝛ ſtorace xiloaloe ſandal̓ cāfora ꝛ mirto

Auic. Cōfirmat̄ ēt hoc p aliud dcm̄ p̄n.3.fen.1.doct.5. cap.ſingl̓i ibi.Suffumigatiōes aūt q̄ aeruꝫ putrefactiones ſt̄ rectificantes ſunt ſicut cipri ꝛ thuris ꝛ mirthi ꝛ roxe ꝛ ſandali.

Queſituz. ¶ Si q̄rit̄.Q̄uō ex p̄dcis rectificet̄ aer peſtis.

Rñ. Citr. ¶Dr ſic.Aer cū p̄dcis rectificat̄:qꝛ exſiccat̄ fit bonis odoris.ꝛ eius putredo prohibetur.

¶Cuꝫ aliqb⁹ eoꝝ exſiccat̄ aer ille vtputa cū illis q̄ faciunt ad exſiccationem aeris vel faciendo ignem ex illis vel ſuffumigationem.

Cū alijs fit aer ille boni odoris q̄ ex ſe vel per ſuffumigium bonū emittunt odorem.

Cū alijs ꝓhibet̄ putrefactio aeris:qb⁹ reſiſtit̄ putrefactiōi eius:aut q̄ eſt ꝓijcitur ad hoc valentib⁹ vel a ꝓprietate occulta vel opponēdo ſe qualitatib⁹ putrefactionem inducentibus.

2.ps cap. ¶ Pri.i.2.pte agēs de p̄ſuatiōe corpoꝝ ſanoꝝ a peſti.p cibos eis ꝯ̄ueniētes dat.v.cañ.ſeorſū dclañ.

Auic. ¶ Et opꝫ vt cibus eorum minoretur.

Gloſa. ¶Primus cañ.de miorat̄ōe cibi i p̄ſuādis a peſte. ſic declaratur.

(Opꝫ vt cib⁹ eo)qui a peſte ſūt p̄ſuādi(miorēt̄).i. ſit mioris q̄ꝫtitatis eo qđ eis cōuēit tpe nō peſtifero.

Ratio. Uerificat̄ hic cañ.de hᵒ ratiōe cibi hac rōne:vt per minoratōeꝫ cibi cōuenientē exſiccet̄ corpus ab humoribus vel hūiditatibus in eo ſuperfluus.

Auctas. Raſis. Cōfirmat̄ hic cañ.a Raſi.4.ad Al.dñte.Cib⁹ quoqꝫ diminuēdus ac ſubtiliandus erit.

Queſituz. ¶ Si querit̄.Cur tēpore peſtis minuēdus eſt cib⁹ in preſeruandis a peſte.

Rñ. Cit. ¶Dicit̄ ſic.Cib⁹ in p̄ſeruādis a peſte eſt illo tpe minorandus.qꝛ virtutes eoꝝ ēt ſanorum ſunt debiliores.ꝛ calor īnat⁹ tpe peſtis ē in ill̓ min⁹ vigoroſus.

Auic. ¶ Et opꝫ vt declinet ad acetoſa.

Gloſa. ¶Scđs cañ.de acetoſitate ciboꝝ in p̄ſuādis a peſte ſic declaratur.

(Opꝫ vt cib⁹)iſtoꝝ a peſte p̄ſuādoꝝ đcliet ad acetoſa.i.ad ſaporē acetoſū.qꝛ.ſ.ſit cū aceto vl̓ cū aceto

Ratio. Uerificat̄ hic cañ.a Pri.3.fen.1.doc.(ſis ꝯditū. 5.cap.ſingl̓i ſic dñte.Aceto p̄terea i cibo ꝛ potu vti in peſtiletia eſt nocumēti ipſi⁹.ſ.peſtis aſecuratio.

Auctas. Raſis. Confirmat̄ hic cañ.per Raſim.4.ad Almā.ſic dicēte.Jn oī aūt comeſtione aceto vtēdū erit.

Queſituz. ¶ Si q̄rit̄.q̄uō cibi preſeruandoꝝ a peſte debent eſſe acetoſi.

Rñ. Ult. ¶Dr ſic.Cibi iſtoꝝ debēt ad acetoſa declinare.nō ſoluꝫ coquēdo illos cū aceto.ſed ēt comedendo eos cū aceto vl̓ cū agreſta vel cū alijs ſuccis ex rebus acetoſis.vtputa cū ſucco berberis limonū vel arāgiorum vel granatorum acetoſoꝝ vel acetoſe vl̓ panis cuculi vel acetoſitate citri.

¶ Et ſit caro que adminiſtratur decocta in acetoſis. Auic.

¶Tertius canon de carne iſtorum in acetoſis decoquēda ſic declarat̄.(opꝫ vt caro q̄ adminiſtrat̄) p̄ſeruandis a peſte(ſit decocta i acetoſis)vtputa in aceto agreſta vel alijs ſuccis accetoſis vt vino granatoꝝ acetoſitate citri limonis ꝛ citranguli. Gloſa.

Uerificat̄ hic cañ.vt p iſta calor ꝛ hūiditas carniū poſſit reprimi ꝛ fieri ad putrefactionem inepti. Ratio.

Cōfirmat̄ hic canō p raſim vbi ſupra dicētē.Et oia Auc. Raſ.

¶ Si q̄rit̄.Q̄uō decoquēda(iqb⁹ acetū ponit̄ ſūt ſit caro cū acetoſis comedēda ꝓ p̄ſeruādis a peſte. Queſituz.

¶Dr ſic.Carnes cōuenientes p̄ſeruādis a peſte decoquant̄ in aq̄ nōda.cui ꝑmixta ſit duodecima ps aceti.vel agreſte veteris pure.vl̓ vua groſſa acerba vel manipulus vnus acetoſe viridis vel panis cuculi vel grane berberis.vel grana ſumach. Rñ. Ultr.

¶ Et ſumat̄ de albeulem:ꝛ alkaris:ꝛ almoſos: factis cum aceto ꝛ abſqꝫ aceto cū ſumach:ꝛ aqua agreſte:ꝛ aqua limonis:ꝛ aqua granatorum. Auic.

¶Quart⁹ canō.de ferculis p̄ſeruandoꝝ a peſte ſic declarat̄.Cōtinens tria ferculoꝝ genera p̄ſeruandis a peſte cōuenientia. Gloſa.

Primum.(Sumat̄ de albeulem)i.de brodio vt infra ordinato.

Scđꝫ.(Sumat̄ de alkaris).i.qbuſdā auiculis vt dicetur ordinatis.

Tertiū.(Sumat̄ đ almoſis).i.quodā alio ferculo i Hec āt vl̓ vltimū ferculū)ſūt fcā (fra declarādo. cū aceto)ꝛ aliqñ ſūt fcā(abſqꝫ aceto cū ſumach.ꝛ aqua agreſte.ꝛ aqua limonis)citri vel citrāguli(ꝛ aqua granatorum).ſcꝫ acetoſorum.

Uerificatus ē hic canō pro parte ſupiori.ꝛ pro reli Ratio.

Cōfirmari pōt h̄ can.a Raſi.4.(quo patebit īfra. ad al.dicente.Rob quoqꝫ fructuū valde acetoſoꝝ ꝛ ſtipticoꝝ.ſicut rob đ ſucco vue acerbe.ꝛ ſucco ribes ꝛ granatoꝝ acetoſoꝝ.ꝛ maloꝝ acetoſoꝝ.atqꝫ de ſucco ſumach ꝛ acetoſitas citri ſumenda erūt. Aucitas. Raſis.

¶ Si q̄rit̄.Q̄uō p̄ſeruandi a peſte debent ſumere de albeulē alkaris:ꝛ almoſos. Queſituz.

¶Dr ſic.Preſeruandi a peſte debēt ſumere carnes eliſſatas ꝛ poſt eaꝝ eliſſationē p̄paratas in ſultio.i: cū aceto ꝛ geladia ſine ſpēb⁹ in eſtate:vel cū paucꝫ ſpēbus i yeme vel p̄paratas in meruto vel berbeſia vel ribeſia vl̓ ſynecchia vel romoniada.i.cū ſucco granatoꝝ accetoſoꝝ vel muſoꝝ:vel cū acetoſitate citri aut ſucco citranguloꝝ vl̓ limonū ꝛ ſiliuꝫ.Sūt ergo illa ſicut aluta ſalatina gelatina ſeu geladia. Rñ. Ult.

¶ Et cōdita cum aceto ſunt iuuatiua:ꝛ ꝓprie capa ris cum aceto cōdita. Auic.

¶Quint⁹ canō de ꝯditis ꝛ caparib⁹ cū aceto ſic declarat̄.(Cōdita cū aceto ſunt iuuatiua)p̄ſeruādis a peſte(ꝛ ꝓprie capares ꝯdita cū aceto)ꝛ limones cōditi.ꝛ illa q̄ reponunt̄ de cibis electis in gelatinis de bona materia. Gloſa.

Uerificat̄ hic canō.qꝛ vti aceto in potu ꝛ cibo eſt aſecuratio nocumēti eius vt habet̄ a prin.fen tertia loco ſupra citato. Ratio.

Cōfirmari pōt hic canō ſicut cōfirmatus eſt ſecūdus.Jdeo ſufficiat ſcđa cōfirmatio. Aucitas.

¶ Si q̄ritur.Q̄uō fiant iſta cōdita.cum aceto p̄dictos iuuantia. Queſituz.

¶Dr ſic.Cōdita cū aceto iuuatiua p̄ſeruandis a peſte ſic pñt fieri.Accipiant̄ cibaria electa q̄ reponūtur in galatinis ſeu geladijs de bona mā quaꝝ coagulatū fuerit extractū ex ſubſtātia veterū caponuꝫ vel pedum porcoruꝫ per decoctionē in aqua ꝛ aceto ad perfectionem. Rñ. Ult.

¶ Prin.

3.ps capl'i ¶ Prin.in.3.pte capl'i agens de p̄seruatione cor-
porũ a peste ꝑ euãationes ⁊ sup̄fluitatũ exsiccatio-
nes adducit.6.cañ.huic ꝓposito deseruiẽtes.
Auic. ¶ Opz vt extrahant a corpe hũiditates sup̄flue
Glosa. ¶ Primus cañ.de extractõe hũiditatũ sup̄fluarũ
sic d̾clarat.(opz) i p̄seruãdis a peste(vt extrahãt
a corpore humiditates sup̄flue)flobothomia vel so
lutione:ƒz auctoritatem eis cõuenientem.
Ratio. Uerificat hic cura vt sup̄fluitates in corpe manẽ-
tes sint cã putrefactõis vtrinqz corpori adueniẽtis
Auctas. Cõfirmat hic cañ.ꝑ dcm̃ Gal.j.d̾ dif.feb.c.6.ibi.
Gal. Quecũqz vero sup̄fluitatib⁹plena erãt purgatiõib⁹
sanabamus.
Opillatiões vero porrorum aperiebamus ⁊ expur-
gabamus.
Quesituz. ¶ Si q̃rit. Quõ hũiditates sup̄flue sint a corpore
extrahende in p̄seruandis a peste.
Rñ.Citr. ¶ Dr sic. In p̄seruãdis a peste sic extrahunt hũita
tes superflue.
Si sanguis sup̄fluerit extrahat ꝑ fl'õmiã:vel ꝑ vẽ-
tosas:vel ꝑ sanguisugas. vtputa fiat quolz mense
eductio sanguis medie libre vel plus vel minus(de
mediana aut basilica:nũc vni⁹lateris: nũc alteri⁹:
nisi natura sufficienter se purgare asueuerit aliquo
sanguinis fluxu per nasuz:aut anum.
Si vero alius hũor paret:purget farmaco sibi apro
priato:vel per secessuz:vel ꝑ vomitũ:vel ꝑ vrinam
vel per sudorem.
Sit ẽt solicit⁹i expulsione nuce spute ⁊ fecuz horis
cõsuetis ⁊ cõuenientibus.
Auic. ¶ Et inclinetur eorum regimen ad exsiccationẽ
omni modo.
Glosa. ¶ Scds cañ.de regimine istoꝝ exsiccatio.sic decla
rat.(Regimẽ coꝝ)qui sunt a peste p̄seruãdi(incli
net ad exsiccationẽ oi mõ).i.ad oĩmodã sup̄fluita
tuz exsiccationem.
Ratio. Uerificat hic cañ.q̃ humiditas est mater putrefa
ctiõis:⁊ p̄paratrix ad cito ⁊ facil'r icipiere imp̄ssio-
nẽ ⁊ putrefactionẽ ab aere putrido.
Auctas. Cõfirmat hic cañ.per dcm̃ Gal. loco allegato sic.
Gal. Cã aũt gñalis morborũ pestilẽtialiũ vt ipse Hypo.
oñdit est putredo.Et nos hoc p̄sciẽtes cõfestiz inci
piente cõstitutione q̃cũqz corpora hũida videbam⁹
exsiccare mox oĩno conabamur:q̃cũqz vero siccio-
ra antiq̃z naturã in his custodiebamus.
Quesituz: ¶ Si q̃ritur. Quõ regimẽ p̄seruandoꝝ a peste dz
inclinare ad exsiccationem oĩmodo.
Rñ.Citr. ¶ Dicit sic. Regimẽ ei⁹qui ẽ a peste p̄seruãdus dz
inclinari oĩ modo ad exsiccationẽ:nõ solũ hũidita
tum sup̄fluarũ:sed ẽt debet inclinari ad rep̄ssionez
hũitatis:tam mẽbrorũ: q̃z nãliũ humiditatum.
Auic. ¶ Et ex minoratione cibi.
Glosa: ¶ Tertius cañ.de minoratione cibi sic declarat.(⁊
ex minoratione cibi).i. minorãda est quãtitas cibi
tempore pestilentie:ad exsiccationẽ faciendã : hoc ẽ
minus dandum est tpe pestis de cibo q̃z tpe sano.
Ratio. Uerificatur hic cañ.vt nõ multiplicẽt sup̄fluitates
ex multitudine ciborum : ⁊ vt melior fiat digestio
assumptorum:
Auctas. Cõfirmatur hic cañ:a cõstantino in pantegni sic di
Constanti. cente. Caueãt hões plenitudinem cibi ⁊ potus.
Quesituz. ¶ Si q̃ritur. Ad qd tpe pestis dz fieri minoratio
cibi.in preseruandis a peste.
Rñ.Citr. ¶ Dicit sic.In p̄seruãdis a peste minorãda est quã-
titas cibi tpe pestis:vt melior fiat ciboruz digestio:
vt nõ multiplicent superfluitates ex multitudine ci
borũ.Jmo vt natura occupetur in resolutione ⁊ ex
pressione superfluitatum prius multiplicataruz seu
agregatarum.

¶ Neqz exercitio.opz enim:vt nõ administret. Auic.
¶ Quart⁹cañ.de exercitio ab istis vitãdo.(nisi exer Glosa.
citio).i.corp⁹a peste p̄seruãdũ nõ ẽ exercitañ.(opz
eniz vt nõ admĩstret)exercitiũ tpe pestis corpi a pe
ste p̄seruãdo:qd̾ sit plm̃ aut multũ exsiccatiuuz.
Uerificat hic cañ.q̃ exercitiũ est cã atrahẽdi:⁊ fre Ratio:
quẽter:⁊ sepe.⁊ plus solito ad cor.de aere ꝯtinẽtis
qui cũ sit corruptus inficit humores ⁊ spũs.
Cõfirmat hic cañ.ex descriptiõe exercitij sic cõiter Auctas.
assignata.Exercitiũ est motus volũtarius ꝑ quem Exercitiũ:
anhelitus magnus.⁊ frequens est necessarius.
¶ Si querit: Cur p̄seruãdo a peste nõ sit admini- Quesituz.
strandum exercitium.
¶ Dr sic. Nõ dz admĩstrari exercitiũ corpi a peste Rñ.vltra.
p̄seruãdo qd̾ d̾iccet:quale est exercitiũ forte:qd̾ di
latat poros.⁊ ponit necessitatẽ atractionis plurimi
aeris infecti.qm̃ eius nocumẽtũ est maius iuuamẽ-
to desiccatiõis eius.Quare sumopere fugiendũ est
exercitiũ qd̾cunqz ducẽs ad lassitudinẽ. vel sudorẽ
vel ad frequentiam anhelitus.
¶ Neqz balneum:neqz tina:al's neqz vina. Auic.
¶ 5⁹cañ.d̾ balneo ab istꝫ vitãdo sic d̾cl'at. Nõ admi Glosa.
strat tpe pestis his q̃ sunt a peste p̄seruãdi.(neqz bal
neũ).s.aereũ qd̾ stupha dr:(neqz tina).i.balneuz
aqueũ(neqz vina)vt hz alia l'ra:ex rõne assignãda
¶ Uerificat hic cañ. q̃ balneum ⁊ tina magnificãt Ratio.
⁊ frequẽter faciũt pulsum. ⁊ anhelitum. ⁊ humores
cõmouẽt. ⁊ calefaciunt. ⁊ ipsos ad putredinẽ aptãt
⁊ disponũt.Uina aũt.⁊ ꝓprie vinosa in multa quã
titate sumpta inflamant.
Confirmat hic cañ.q̃ztum ad vinum a Rasi.4.al- Auctas.
man.dicente.Uinum est dimittendum. Rasis.
¶ Si querit. Que sunt vina que nõ cõueniunt pre Quesituz:
seruandis a peste.
¶ Dr sic.Mustum turbidum grossum:vinuz ruptũ Rñ.vltra.
mundum in vase quietatum:vinum coctum:vinuz
antiquum acutum vel amarꝫ:vinuz corruptioni pa
ratum:vinuz mali odoris vel saporis vel in quo nõ
delectat animus gestantis. hec nõ conueniunt pre-
seruandis a peste.
¶ Neqz tolleretur sitis. Auic.
¶ Sextus cañ.de siti nõ tollerãda ab istis sic decla Glosa.
rat(neqz toll'et sitis)tpe pestis ab his q̃ dñt a peste
preseruari ex rõne nunc dicenda.
Uerificat hic cañ. q̃ sitis humores acuit.⁊ calorẽ Ratio.
incendit sup suũ humidũ: ⁊ ad febrẽ aptat:⁊ aerem
plus atrahere compellit.
Cõfirmat hic cañ.a Rasi.4.almã.dicente. Sitis Auctas.
etiam nullo mõ est tolleranda. Rasis.
¶ Si querit.An p̄seruand⁹a peste debeat ieiunare Quesituz.
¶ Dr a Rasi vbi supra. Neqz ieiunet aliquis:neqz Rñ.Ras.
comestio tardetur.
¶ Prin.in quarta pte agens de p̄seruatiõe corpo 4.ps.cap:
rum a peste ꝑ medicinas eis dandas.numerat quat
tuor medicinas ad p̄seruationẽ a peste multũ confe
rentes seorsum declarandas dicens.
¶ Et ex illis que conferunt ⁊ ꝓhibent ab eis pu Auic.
tredinem est algeleniabin.
¶ Pria medicina de geleniabin:i.ꝯdito roxato sic Glosa.
declarat(ex illis q̃ ꝯferũt)p̄seruãdis a peste cõfor-
tando cor(⁊ ꝓhibẽt ab eis putredinẽ)aptã cõtinge
re(est algeleniabin)qd̾ dr cõiter de istis tribus vz
mele roxato zuccaro roxato:⁊ cõserua roxaꝝ.
Uerificat hec medicia. q̃ algeleniabin ꝯfortat cor Ratio.
⁊ ꝓhibet putredinẽ exsiccando. ⁊ infrigidando.
¶ Si querit.Quid intelligit ibi per geleniabin. Quesituz.
¶ Dr sic. Lz algeniabin dicat cõiter d̾ trib⁹ p̄dcis Rñ.vltra.
vz d̾ mele rox.zucca.rox. ⁊ ꝯfua roxaꝝ:tñ ĩ h̾ loco
ꝑ geleniabin ĩtelligit zuccaꝝ roxatũ:vl' ꝯfua roxaꝝ

Auic. ¶ Et de illis quibus fit euasio ab ea est admini-stratio tyriace.

Glosa. ¶ 2a medicia. De tyriaca dāda. sic dclarat (de ill') me dicis (qb' fit euasio ex ea vel ab ea). s. peste ne hoiez capiat (ē admistratio tyriace) ſm modū statī dcēm.

Auctas. Prin. Cōfirmat hec medicina a prin. 5. cañ. de tyriaca ma Et illis q vtunt ea in tpe in hora sa (gna sic dñte. nitatis nō nocēt venena: ⁊ ipediunt i eo nocumēta: ⁊ fiūt securi ab egritudinib' pessimis: vt pestilentie.

Questitū. ¶ Si qrit. Quō dz sumi tyriaca: ⁊ quāta.

Rñ. Ult. ¶ Dicit sic tyriaca sumat sicut est: vel sumat disso-luta in. ℥. ij. aq̄ scabiose vel buglosse hora scda post mediū noctis ⁊ hoc fiat bis in septimana. Et sit pon dus ei' p qualibet vice. ℈. j. vel. ʒ. j. ſm diuersita-tem multorū cōsiderandorum

Auic. ¶ Et metridati añ eā. cū reliquo regimine bono

Glosa. ¶ Tertia medicina est administratio (metridati añ eā). s. tyriacā (cū reliquo regimine bono) in cibis ⁊ potibus ⁊ in illis in quibus fit euasio a pestilentia.

Ratio. Uerificat h medicina. qr metridatū est meli' ⁊ effi-catius tyriaca magna in pseruatione a pestilentia: vt colligit a prin. statim citando.

Auctas. Prin. Cōfirmat hec medicina a prin. loco allegato sic di cente. Tyriaca est magis iuuatiua metridato in re vna ⁊ est venenū serpentuz. In reliqs vero reb' nō minuit metridatū a tyriaca diminutiōe d qua sit curandū. Imo est magis addita in plurib' iuuamē ti ⁊ cōfidentioris vtilitatis.

Questitū: ¶ Si qrit. Quō sumēduz sit metridatū: ⁊ quātū.

Rñ. Ultr. ¶ Dr sic. De metridato det quātitas auelane vel so lo sicut est vel de ipso dissoluto in. ℥. ij. aq̄ scabiose: hora. ij. post mediā noctis: ⁊ h fiat bis i ebdomoda.

Auic. ¶ Et de medicamine facto ex aloe croco ⁊ mir-ra sumat omni die circiter. ʒ. j. qm̄ est iuuatiuum.

Glosa. ¶ Quarta medicina. Ab his q volūt a peste pserua-ri (sumat de medicamie fcō) ex his tribus reb'. s. (aloe mirra ⁊ croco) ſz modū statī dicēdū (oi die circiter. ʒ. j.) vel plus vel minus ſm exigentiā (qm̄ est iuuatiuū) hoc medicamē omni die acceptuz vt colligit ab his hoc medicamē laudantibus.

Auctas. Rasis. Cōfirmat h medicina a rasi i ptinēte sic de ea dñte Hec medicia ē expta i tpe epidimiali: nō hñs silez

Uerificat hec medicina. qr aloes purgat coleram ⁊ flegma pfortādo stomachū. Mirra pseruat corp' a putrefactiōe croc' vero cōfortat cor ⁊ letificat.

Questitū. ¶ Si qritur. Quō formetur istud medicamē: ⁊ qñ

Rñ. Ultr. ¶ Dr prio sic a qbusdā. ℞. aloes cicotri (est dādū. ni. ʒ. ß. mirre croci añ. gra. xv. fiat puluis: q sumat mane hora. iiij. post mediā noctis cum. ℥. iiij. aque absinti tepide.

Uel puluis iste icorporet cū tantilo melis: ⁊ formē tur pill'. vij. cū puluere ligritie vel cinamomi.

Et dent sero añ igressuz lecti: vl' dr i medio noctis

Rñ. Ult. ¶ Dr scdo ab aliis. ℞. aloes ptes duas: mirre cro-ci: añ. ptē. j. terrant ⁊ puluerizent. ⁊ sumat. ʒ. j. ex eis. cū. ℥. j. vini odoriferi.

¶ Questiūcule circa hoc capl'm soluende colligent in qōnibus huic caplo attinentibus.

¶ Quartum capl'm de febre pestilentiali.

Ordō cap: ¶ Prin. i hoc caplo in quattuor partes diuiso sic procedit.

In. 1. pmittit modum quo aer coruptus feb. indu-cit pestilentialem.

In. 2. agit de cōicatōe feb. pesti. supra multitudinē

In. 3. agit d corpib' ad illā mag' ppara z (hoiuz.

In. 4. agit de diuersitate febrium penex diuersita-tez aeris in humi. ⁊ sic.

¶ Prin. in prima pte premittēs modū quo aer co ruptus feb. inducit pestilentialem dicit. 1. ps capl'

Auic. Quādo aer fit ſm modū predictū venit ad

Cor. qr corrumpit cōplonem spūs in ipso: ⁊ putrefit qd circūdat ipsum ex humiditate. ⁊ acci dit calitas egressa a natura. ⁊ spargit tūc in corpe pp cām suam: ⁊ erit feb. pestilentialis alias ⁊ spar-gitur in corpore: tunc per causam suam erit febr. pestilentialis.

Glosa. ¶ Dcm̄ Pri. de mō quo aer corupt' inducit feb. pestilentialem declaratur sic.

(Qñ aer) nos circūdās (fit ſm modū) predictū) in cap. j. puta quū putrefit in substātia. tūc inspiratus ab extra (venit ad cor) cū putredine ei' ⁊ inde supue niūt qnq3 icomoda quoꝝ vltimū est feb. pestilētial: Priuz (qr corrūpit cplonē spūs qui est in ipso). i. corrūpit spūm vitalē in corde cōtentū cui ɔriat p se ⁊ ppie aer ille venenosus.

Scdz (Et putrefit qd circūdat ipsuz de hūiditate) i. putrefacit hūiditatē q̄ circūdat spūz cordis qr pu trefacit sanguinē q cōtinet in vētriculis eius.

Tertiū. (Et accidit calitas egressa a nā). i. puenit calitas. s. excellēs egressa a nā pp putredinē ad quā seqtur inflamatio spūs. ⁊ humoꝝ cordis.

Quartū (Et spargit i corpe tūc pp cām suā). i. cali tas egressa a nā sua qr. s. icā est putredialis ipargit in toto corpe pp cām suā. qr ipsa est infectiua: velo citer serpēs. ⁊ ei' venenositatē multiplicans. vel pp cām suā). i. cā cordis qd trāsmittit ipsam mediate spū ⁊ sanguine p venas ⁊ arterias in totuz corpus.

Quintū (Et erit feb. pestilētialis) versuta maligna q̄ vtpl'm breui tpe occidit vt dicet Pri. in. c. seq̄nti.

¶ Dcm̄ hoc Prin. cōfirmat p dcm̄ Gal. primo de diffe. feb. 4. cap ibi. Scdm pestilētes cōstitutiones aeris inspiratio aeris fit maxime cā febris pestilētia lis. q̄z multum. n. ex inspiratione incipit eo qui i cir cuitu est in aere a putrida euaporatiōe cōfirmatio ⁊ infectio: que putrida euaporatio siue putrid' vapor simul cū aere ingrediens corpus est cā corruptionis ⁊ morbi pestilentialis. Auctas. Gal.

Cōfirmat ēt p dcm̄ Prin. loco allegato sic. Cū. n. aer putrescit putrefacit humores: ⁊ icipit putreface re humorē q a corde circūdatus est. qm̄ ad ipsuz p pingus accedit q̄z ad alium. Prin.

¶ Si querit prio. Quō aer mutatus in suis quali-tatibus imutet corpa nostra. 1. Questitū

¶ Dicitur a Guliel. placen. cōciue meo. Qñ qualita tes actiue scilicet caliditas. ⁊ frigiditas multiplican tur in aere idest intenduntur preter solitum ⁊ debi-tum mouent corpora. ⁊ humores ad putrefactionez ⁊ corruptionem. Siccitas vero ⁊ humiditas dispo nunt mām ad patiendū. Humiditas tamē preparat ad patiendū. ⁊ putrefaciēdum cū facilitate: siccitas vero cū difficultate ita q hūiditas est cā potissima putrefactōis. Et ideo egritudies pestilētiales semp vel vtpl'm fiūt ex aere hūido turbido. ⁊ ifecto ex hu miditate putrefactiua vel hūiditate disponēte aerē ad putrefactio. cū cā māifesta vl' oclta ei supuenerit. Rñ. Gal.

¶ Si querit scdo Quō aer mutatus in substantia imutet corpora nostra. 2. Questitū

¶ Dr a Guliel. sic. Aer i sui sba corrupt' ificit corpa ⁊ iducit pestilētiā pp igressum ei' in corpa aialiuz p poros corpis. sed maxie p inspirationē qr fit aer cor ruptus q est cōtiguus humiditatib' ⁊ substātie cor poꝝ q̄ putrefiūt p cōtactū a putrido. Maxie autē p aerē inficiunt. ⁊ corrūpunt spūs ⁊ hūiditates cor dis. ⁊ q̄ i circuitu ei' sunt. qr accēdit in eis calitas ptérnālis valde corrumpens principia vite. Rñ. Gal.

¶ Prin.

ps. cap. ℂ Prin. in scda parte agens de cōicatione feb.
pesti. multitudini hoīum dicit.
Auic. ℂ Et cōicatur multitudini hoīuz qui iterum ha
bent in seipsis ꝓprietatez ꝑparationis. agens eīm
solum cum peruenit: ⁊ patienti nō est preparatio:
non accidet actio ⁊ passio.
Glosa. ℂ Dictū prin. de cōicatione feb. pestilentialis sic
declaratꝛ. Febris pestilentialis (cōicatꝛ multitudini
hoīuz). i. fit cōis regnās ⁊ dn̄ans sup mltos hoīes
⁊ nō est appropata vni tātū vl' duobꝰ. Fit aūt cōis
nō oībꝰ: sz solū his (q iterꝝ hn̄t in seipsis ꝓprieta
tē ꝑparatiōis) ad recipiēdū infectionē eius. Signā
ter aūt dixit Prin. de his q hn̄t ꝓprietatē ꝑpara
tionis. qꝛ (cū agēs solū ꝑuenit) ad passuz (⁊ patiē
ti nō ē ꝑparatio). i. passuz nō hz ꝓprietatē ꝑpatio
nis vel ꝑparationē passiōis (nō accidit actio ⁊ pas
sio) eo qꝫ actus actiuoꝝ sunt in patiente disposito:
teste pho de anima scdo.
Rñ. Ult. ¶ Dictū prin. de cōicatione feb. pesti. verificatꝛ a q
busdam sic. feb. pesti. cōicatur multis. qꝛ cause pe
stis sūt cōes multis: vtputa figure celi. putrefactio
aeris: ⁊ ꝑparatio multorum ad receptionē eius.
Rñ Litr. ¶ Aliter dꝛ ab aliȷ̄s. Febris pestilētialis fm plīm cōi
catur ī paruo tpe multitudini hoīuz: qꝛ illa vtplīm
fit a causis cōibꝰ. s. celestibꝰ vl' terrestribꝰ vl' vtrisqꝫ
Auctas. Gal. ¶ Dictū Prin. de cōicatiōe febris ꝯfirmatꝛ ꝑ dictū
Gal. j. de dif. feb. ibi opz enim meminisse huiꝰ sem
per in hoc toto sermone. qꝛ nā causaꝝ siue patiētis
aptitudine agere apta nata est.
Cōfirmatꝛ ēt ꝑ aliud dcm̄ eiꝰ paulopost sic. Sz vt di
ctū ē maxia ꝑticl'a gn̄atōis egritudinū ē passuri coꝝ
Questitū ℂ Si q̄ritꝛ p̄io. Que ē illa feb. pe (porꝫ ꝑparatio.
stilentialis que cōmunicatur multis.
Rñ. Ult. ¶ Dꝛ sic. feb. pesti. q̄ cōicatꝛ multis est illa q̄ ꝓuenit
ex corruptiōe aeris gn̄ali multis habitatōibꝰ. Nō
aūt illa q̄ est ex corruptione particulari vnius ca
mere vel vnius domus: vtputa ꝓueniens ex corru
ptione lanaꝝ aut fouee coquine. q̄ lz sit contagiosa
nō tamen cōicat multitudini hōiuz ex parte cause.
cū causa nō sit cōis imo priuata.
Questitū Rñ. Litr. ℂ Si q̄ritꝛ. 2. Quo pestis cōicatꝛ cito multis: ⁊ nō
¶ Dꝛ. 1. a qbusdā. corpa īfecta inficiūt alia (oībꝰ.
corpa sibi appropinquātia sua expiratiōe corrupta
⁊ sua infectiōe ꝑ porros sui corporis egressa: citiꝰ
valde q̄z si eis nō appropinquarēt. nā expiratio eo
rū corrupta addet vehemētiꝰ in corruptionē aerꝫ ea
Rñ. Ult. ¶ Dꝛ. 2. sic. Qꝛ nō oēs hoīes sūt ad eā (circūdātis.
ꝑparati equal'r sed aliq̄ magis huic sunt ꝑparati: ⁊
aliȷ̄ minus iō nō īfficiuntꝛ simul oēs ꝑparati: sz p̄io
infficiuntꝛ ꝑparatiores: ⁊ ꝯsequenter aliȷ̄.
ps capli ℂ Prin. in. 3. parte agens de corporibꝰ ad pestilē
tiam ꝑparatis numerat corpora ad febrē pestitentia
lem magis parata dicens duo.
Auic. ℂ Et ꝑparatio corporuz ad illud in quo sumus
de passione est: vt sint plena hūoribꝰ malis. Nam
monda forsan nō patiuntur ex ea.
Glosa. ¶ Primū dictū de primis corporibꝰ ad feb. pestilē
tiam ꝑparatis declaratꝛ sic. (Preparatio corporū
ad illud in quo sumus de passione). i. ad feb. pesti
lentialem de qua nūc agitꝛ: (est vt sint plena humo
ribus malis) ꝑcipue calidis. qꝛ talia corpora facili
ter post inficiuntꝛ. (nā monda) corpora a malis hu
moribus (forsan nō patiuntꝛ ex illo). i. a feb. pesti
Ratio. Hoc dictuz verificatur sic. Corpora ma (lentiali.
lis humoribus plena sunt ad febrem pestilentialem
magis parata. Ratio est qꝛ tales hūores opponūt
virtutes. ⁊ dibilitāt eas: ⁊ tales humores sunt a re
gimīe nāe quodā mō ꝯstituti. qꝛ cito. ⁊ facil'r corrū
puntꝛ a mala pestis putredine illoꝝ infectiua.
ℂ Si queritur. Cur dixit Prin. dubitanter. forsi Rñ. Ult.
tan monda nō patiuntꝛ.
Et corpora debilia iterum sunt patientia ex eo. Auic.
Sicut illa q̄ multiplicant coitū: ⁊ corpa dilatatorū
pororū: ⁊ corpora hūida multe balneationis.
¶ Scdm dcm̄ de scdis corpibus ad feb. pestilētialē Glosa.
paratis sic declaratur.
(Et corpa debilia iterꝝ sunt patiētia ex eo). i. para
ta sunt infici febre pestilētiali: vl' d leui īfici ex eo. s.
aere īfecto. Exēplificat Pri. d tribꝰ corpibꝰ dbilibꝰ
De primis dicit (sicut illa q̄ multiplicāt coytū). i.
sunt plurimi coytꝰ ⁊ sicut illa corpa q̄ sunt alr' debi
litata. ⁊ ex multis laboribus resoluta.
Hoc dcm̄ verificatꝛ. qꝛ talia corpa sunt pauce resi
stētie ⁊ ꝑcipue respcū huiꝰ cāe q̄ ē fortis. ⁊ vehemēs
De scdis dicit (Et corpa dilatatoꝝ poroꝝ) sunt. d
ꝑparatis ad febres pestilētiales: sicut sunt illa corpa
que sepe frequētāt stuphas.
Hoc dcm̄ verificatꝛ qꝛ ꝑ aptionē poroꝝ aer putrefa
ctus libere ingreditꝛ vndiqꝫ: ⁊ sua penetrat corpora
Uel qꝛ ꝑ poros coꝝ aptos faciliꝰ. ⁊ citiꝰ. ⁊ plus pe
netrat vndiqꝫ aer ille infectus. a quo ꝓuenit febris
pestilentialis.
De tertūs dicit (Et corpa hūida) s. nāl'r talia (mul
te balneatiōis). i. accidētal'r talia sunt de preparatis
ad febres pestilentiales.
Hoc dcm̄ verificatꝛ. qꝛ talia corpa hn̄t ꝑricipiū pas
siuū valde dispositu3 ad recipiēdū putrefactionez.
Cū ergo agēs adest facile alterantꝛ ⁊ cito inficiuntꝛ.
¶ Dicta hec duo Prin. cōfirmantꝛ per dicta Gal. Auctas.
primo de dif. feb. cap. 6. qui volēs declarare corpa Gal.
monda nō pati ab aere pestifero. sed soluz īmonda
sic ꝓcedit dicit. 5. ꝑ ordinem declarata in duplici
huius partis expositione.
ℂ Si queritꝛ primo. Cur corpa coytuz multiplcā 1: questitū.
tia sunt ad pestem preparata. Rñ. Litr.
¶ Dicitur sic. Talia corpa sunt multum debilia: vt
pz per ea que dicuntꝛ de coytu non conuenienti. De
his dixit Cōstātinꝰ. 5. sue teorice ca. de coytu. Opz
sic regi in infirmitatibus vt in pestilētia. ⁊ aeris cor
ruptione coytus vitetur.
ℂ Si queritꝛ scdo. Que sunt corpa dillatatoꝝ po 2. questitū.
roꝝ feb. pestilentialibus parata.
¶ Dicitur primo ab aliquibus. Corpore dilatatorū Rñ. Litr.
nō addendo poroꝝ sunt febribus pestilētialibus pa
rata. Intelligentes per corpora dilatatoꝝ illa que
sunt multi cibi. ⁊ potus. que ex hoc sunt multuz re
pleta. ⁊ dilatata. ⁊ ꝯn̄ter febri pestilentiali prepata.
¶ Dicitꝛ. 2. ab aliȷ̄s colectiue legendo. Corpora dila Rñ. Ult.
tatorum pororum humida multe balneationis sunt
de preparatis ad febres pestilentiales: sicut illa cor
pora que sepe frequentant balnea. ⁊ stuphas. quia
per suam excessiuam humiditatez sunt paratiora ad
febres putridas. ⁊ propter pororum apertionem aer
putrefactꝰ libere īgreditꝛ vndiqꝫ sua penetrās corpa
ℂ Si queritur tertio. Cur corpora humido multe 3. questitū.
balneationis siue ad hanc febrem preparata.
¶ Dicitur sic. Corpora humida multe balneationis Rñ. Litr.
sunt ad hanc febrem parata. quia cum sint humida
naturaliter: magis humectantꝛ per multam balnea
tionem quando scilicet balneantur in aqua dulci te
pida. Addūt aliȷ̄ aut frigida ⁊ sic ad putrefactionem
magis disponuntꝛ ⁊ preparantur.
¶ Dicitur sic. Prin. dixit signanter forsan monda Questituz.
nō patiuntur. quia causa pestis posset esse tanta tā
q̄z violenta: vel corpora ipsa monda possunt adeo
tantum timere. ⁊ egros frequentare. qꝫ paterentur:
⁊ inficerentur.

4. ps cap. ¶ Prin. in. 4. pte agens de diuersitate febriū pe/nes diuersitatem aeris in humido ⁊ sicco: dicit q̄n/q̄z seorsum declaranda.

Auic. ¶ Febres pestilentiales fiunt ex aere turbido ⁊ humido.

